ANNALIVM LIBRI XIIII.

DE VITA ILLVSTRISS:

PRINCIPIS FRIDERICI

HVIVS NOMINIS II.

COMITIS PALATINI

RHENI DVCIS BA-

VARIÆ SACRI RO-

MANI IMPERII

ARCHIDAPIFERI

ET PRINCIPIS

ELECTORIS

PER

[illegible]BILISSIMVM AC

CLARISSIMVM VIRVM

HVBERTVM THOMASI-

NVM A LVTTIGG EIDEM

A CONSILIIS

AD LECTOREM

Lector, si mirabere, illustri[ssimi]

& immanes sollicitudines

[illegible] Palatino

1
42.68.
Bibl. Palatina
68

Hs. 392

2

ANNALIVM. DE VITA ILLVSTRISS: PRINCIPIS FRIDERICI CO: PAL: RHENI DVCIS BAVAR: SAC: RO: IMPER: ARCHIDAPI FERI ET PRINC: ELECT: LIBER PRIMVS

BIBL. SENCKENBERG. MS No. 68.

DE Palatinorum Origine

PALATÍNORVM. Comitum nomen ab iis sump- Vnde Palatini
siſse initium, qui ex prędiuita aliqua familia dicti
orti, Palatiumq; principis Romani, id est eius Palatium quid
regiam, et Vt nunc vocant aulam, comitati
sunt, originem habere, nemo qui paulo Vetu-
ores libros perlegerit, dubitare deberet, Vehe-
menterq; eos errare puto, qui ab Vno Palatio
Vel Treuerensi Vel illo quod est in medio Rhe-
ni apud Cubas, aut alio quopiam, nomencla-
turam hanc Comites Palatinos adsecuto, per-
suadere conantur, Verum Principes Romani
quum animaduertrent Imperij inclinatio-
nem, et Veteres Illustrium Virorum in pro-
uincijs familias, Vel paupertate pressas, Vel quod
conspicerent honores et Virtutis premia, ad
se raro, sed ad solos Romanos deferri, domi
se continebant, neq; principem sequi, nisi co-
acti, et inuiti, Volebant, Quapropter et
Palatium desolabatur hom. frequetia, et peri-
culum erat, ne spreti et derelicti domi-
clarorum Virorum filij in nomen Roma-
aliquando conspirarent, quod
le docere exemplis possemus.
Imperatores, Vt huic malo medera-

bile est excogitasse et aperuisse prouincialibus
hanc viam qua sibi iter ad honores, ad premia
et prouincias regendas pateret, si se Palatinj
comitaxentur, quod qui paulo diutius fecisset
principia in expeditionibus comes fuisset, merce
batur Comes Palatij appellari, hocq nomine
honorari, cui et princeps negotia sui palatij
hoc est, Vt nunc aiunt, aule, et quecunq per
negotia non poterat ipe, expedienda et trac
tanda committebat, quibus si strenue pre
fuisset, etiam prouincie regende adsignabantur
Vt in multis Co: Justiniani constitutionibus pa
tet, Veluti de Pala: sac: largit: l: prisco nuc
ordine li: xij C: Vnde autem dicatur Pala
tium, et si non magnopere desiderandum ex
istimo, quia tamen de Friderico principe Comi
te Palatino et eius origine scribere mens est,
apud Veteres celebratam Palatij Etymologi
am non grauabor adscribere, Varro: Quarte
inquit regionis Palatium, quod Palantes, qui
cum Euandro venere, qui etiam Palatini et
Aborigines ex agro Rheatino qui appellatur
palatium, ibi consedecunt, Aliqui vero a Palan
proauo Euandri Palatino nomen mansisse ere
runt, secundum quos Virgilius ait,
Arcades has oras genus a Palante profectum
Qui Regem Euandrum Comites, qui signa secuti
Delegere locum, et posuere in montibo vrbem
Palantis proaui de nomine Palantyum
Vnde et tum temporis procul dubio Comites Pa
latini cepti appellari, Vt ex Virgilio audis,
Liuius montem hunc a Palanteo vrbe Arca
die Palantium deinde Palatium apellatum
tradit Alij a Palatia Latini vxore, alij quod

Palatini vnde

Palanto Hyperborei filia, que ex Hercule Lati-
nium suscepit hunc incoluerit, alij a Palantia
Euandri filia ab Hercule viciata et ibi sepul-
ta, alij a Palante, qui et ipse imbi sepultus,
Eundem hunc locum a pecore multi dictum
putant, quod pascens ibi balare cõsueuerit tibul:
Sed tunc pascebant herbosa Palatia Vaccæ
Et stabant humiles in Iouis arce casæ.
Propertius,
Amphitrioniades qua tempestate iuuencos
Abstulit a stabulis o Erithrea tuis
Venit ad inuictæ pecorosa Palatia Romæ
Et posuit fessos fessus et ipse boues,
Vnde Nęuius Balantium nominauit, Vel quod
palare ideſt errare solerent armenta, Cephalon
autem Gergitius memoriæ prodidit, hominem
quendam Comitem Æneæ, occupato monte
qui nunc Palatinus dicitur, Vrbem condidisse
Romamq; denominasse, Tremellius Vero Pala-
tinum Romuleum montem Vocat, cum in-
quit, fuit eius statua in pede montis Romulei
ante sacram Viam, inter templum Faustinæ,
ad Arcum Fabianum, Is mons hodie Palatium
maius Vocatur, In Palatini montis Vertice, Vt
scribit Dionÿ: Arcades qui cum Euandro Vene-
runt Victoriæ templum erexerunt, Magna
mater Idea ex Pessimunte oppido Phrygiæ adue-
ta in Palatio tamdiu collocata fuit, donec ędes co-
lumnis preciosis cum pauimentis diuersorum colo-
rum illi construeretur, fuit et in Palatio fanum
febris, Æneas cum Ascanio templum fidei in
Palatio a grecis constituisse dicuntur, quin
etiam templum Iouis Victoris in Palatino monte

fuisse Volunt, Antoninus Heliogabalus, deum
suum Heliogabalum in Palatino monte con-
secrauit, Templum apollinis in Palatino monte
augustus excitauit, In quo iam senior sepe sena-
tum habuit, et decurias Judicum recognouit,
et in eo Poete scripta sua reponebant. Vnde
Hora: Scripta Palatinj quecunq; reponit Apollo,
Liuia quoq; diuo Augusto templum in Palatio
erexit, Ciceronis domus in celeberrima parte
Palatini montis propeq; Palatium sita erat, pre-
terea Ædes Deorum penatium, Romuli
et Remi casa ex lignis et arundinibus structa
Catilinę domus, Item Marci Scauri, Marci
Flacci Viturbij et multorum aliorum in Pala-
tino Monte fuerunt, Qualis autem et quanta
fuerit Palatij moles et pulchritudo, indicant
statuęq; preclarissimę, preciosissimeq; columnę
in eo reperte, hodie autem tam preclarus
mons seu collis preter Vnam atq; alteram
domunculam et edem Sancti Andree, nullum
habet edificium, totus enim Vinetis plenus, aut
pascuus ager non ouibus magis, quam capellis
et capris est relictus, Vt Vere Balantium nunc
possit nominari, Vt scribit Bartholomeus Mar-
lianus in antiquę Romę topographia, que
quidem libenter recensuimus, non Vt ex Ro-
mano Palatio nostrorum Palatinorum nomen
exuere conaremur: quemadmodum non incele-
bris quidam Vir Austriacorum principum ex
Arca Noe et monte Auentino, Sed tantum
Vt ostenderemus Vnde principum magnorum
edes Palatij nomen consecutę sunt et Palati-
ni nostri non ab aliquo particulari Palatio,

Vt supra dixi, sed a principis R.o: Palatio quo
cunq; locorum foret vere appellari, Vnde Im-
perator Constantinus lib xi: C: Ti: de Pala:
et domi: domi: ita scribit Consecratas nobis
edes idest inclita palatia ab omni priuatoru
vsu et comuni habitatione excipimus, Est et
lex Imperatorum Honorij et Archadij de Co:
sacri pala: C: lib: xij: Item Zenonis de Co:
qui: prouin: reg: eo: li: appellantur Comites
prioris ordinis et Vicarij, Item de hijs intelli-
gitur de offic: co: re: priua: sacri palatij
Vbi dicitur ad Palatinos curam omnium re-
rum principis pertinere, Magnam autem
fuisse Palatinorum auctoritatem dignitatem
et priuilegia ex legibus alijs colligitur quas
Constantinus Imperator et Gratianus et Va-
lentinianus et Theodosius ti: de priuil: eo: qui
in sa: Pal: mili: et de castrensi om: pala: pe-
cul: li: xij C: Et vt hoc quidem addam pro
certo habent historiographi Palatinum montem
multis annis ante vrbem conditam edificijs con-
uestitum, ab Roma Itali filia Valentia, ab
Euandro deinde arce constituta, Vrbe orta
Reges et Imperatores mibi sedem habuisse,

Longa deinde serie translato in personam Caro-
li Magni Imperio Comitum Palatinorum digni-
tas, et auctoritas non solum remansit, sed etia
aucta est, Vnde apud Blauiam in Xantonibo
super Rolandi sepulchrum scriptum est. il-
lum fuisse primum Comitem Palatinum, quod
forsitan plures essent in aula Imperatoris, fuit

Rolandus C. Pal.

autem is Rolandus Caroli Magni ex sorore
Nepos, Dux quidem magnanimus qui cum socio
Oliuerio aliisq; q̃ plurimis egregijs Viris contra
Hispanos tum infideles fortiter pugnando
in iugis pyrenei montis qua parte Roncival
lis appellatur siti et Vulneribus confectus occu
buit, Vbi etiamnum hodie cornu illius eburne
um et ensis ostenditur, Quia Vero mei Comites
Co. Pal. Caroli magni vera linea attingit
Palatini Vera linea Carolum Magnum et Hunc
Rolandum attingere putantur, haud tedioſum
erit, paucula de hoc adscribere. Fabulantur
Francorum annales eundem Carolum eiusq; duo
decim proceres quos Francię Pares appellant
inaudita corporis magnitudine fuisse, Quod
rescire cupiens antiquitatis amantissimus Fran
cisc⁹ Rex Francorum ex Hispania captiui
Rolandus Blauię sepult⁹
tate in suum regnum rediens. Postq̃ Blauiam
peruenit in subterraneum illud specus descendit
Vbi dictus Rolandus et Oliuerius et medius
Diuus Romanus in marmoreis sepulchris non
admodum magnis tumulati sunt, iussit autem
de Rolandi tumulo frustrum marmoris abrumpi
et illico postq̃ intus inspexisset calce seu cemento
rebimiri, de comuni fama nihil detrahens, ne Vi
derebur frustra, Vt credo, id tentasse, Post paucos
Vero dies salutato de itinere Rege in oppido Cog
nato, Fridericus Palatinus qui tum Imperatore
Carolum in Hispaniam adibat Blauiam etia
diuerbit, et eadem monumenta videre voluit
Aderamus ego et doctor Joannes Langius prin
cipis insignis medicus, qui de singulis diligentiq
scire volentes, perscrutati sumus a monacho,
qui principi oia indicabat de ossibus Rolandi

an adhuc integra et ea qua fama diceret longitu,,
dine in marmore concluderentur, Respondit
ille, fama mihil esse mentitam, neq; nos move,,
re debere marmoris breuitatem, fuissent em
post multos annos a strage Roncivalle trans,,
lata putrefactis iam iuncturis non coheren,,
tia, sed simul veluti in fascem colligata, ibi
esse reposita, et marmor pro longitudine tibi,,
arum, que adhuc integre forent, excauatum
fuisse, admirati sumus Vehementer si mona,,
chus Verum diceret, Rolandi magnitudi,,
nem, cuius pro marmoris dimensione tibia
tres pedes ad minus longitudinis habuisset
Dum hec nobiscum ratiocinaremur, abijt prin,,
ceps cum monacho, nos duo remansimus soli,
inter nos dicentes, quid si fragmentum mar,,
moris, reuellaremus quum nondum coaluisse
cementum Videamus, placuit consilium et
admouemus manus, quibus libenter cessit
lapis, totumq; sepulcherum intus inspexim9
Vbi prorsus mihil erat nisi ossiculorum cumulus
Vix duorum pugnorum crassitudine, quo dispero,
os Vix Vllum digiti longitudine inuenimus, quare
reposito Vt antea fuerat fragmento, risimus inter
nos monachi Vel inscitiam Vel impudentem men,,
tiendi audatiam,

Fuerunt autem et ante Rolandum multi Comi,,
tes Palatij apud Francie Reges quos sua lingua
Magistros Curie et prefectos Palatij Vocabant,
Veluti Pipinus Maior pater Caroli martelli,
qui genuit Pipinum ex quo genitus est Carolus
Magnus Imperator, a quo descenderunt Comi,,

Pipini Franci orientales

tes Palatini ad Rhenum, Quod Vt liquido appa-
reat, necessarium est scire Pipinos et omnes Ca-
roli magni maiores ex Francis germanis ortos,
et ad Rhenum ac Mosam, tum sedes posuisse,
quum primum Franci in Galliam transmisso
Rheno Venerunt Ex primoribus illorum autē
fuisse certum est indicium, quod apud Reges
Francorum supremas semper dignitates adepti
sunt atq; Curiæ prefecti primarij gubernatores
Vicarij maioresq; domus hoc est Palatij Comites
fuerunt, ad Regaleq; postmodum fastigium
peruenere, Sedes autem Vt dixi ad Mosam
habuisse testis est Pipinorum regia Jopilia e
regione heristalli dimidio miliari ab Vrbe Leo-
dio Vbi toties nunc pascha nunc natalem dñi
celebrasse perhibentur, Vt anno dñi D. CC. lij.
Pipinus primus Pascha, natalem Vero in longo
tarc, Accepit ex antiopago Vicino Leodio con-
cubinam Alpaidem ex qua Carolus Martellus
auus Caroli Magni ortus et cuius causa diuus
Lambertus occisus est, postmodum Vero Carolo
Magnus Aquisgranum Duriam aliaq; Vicina
loca, Vt pote patrimonialia, libenter incoluit, Sed
non solum totum eum tractum ad Mosam et
circa Leodium Pipini Comites Palatini posside-
runt Verum et totum Juliacensem Cliuensem
et Bergensem totamq; insuper Brabantiam Mar-
chionatum Antuerpiensem et deinde ad Vtrāq;
Rheni ab exitu illius in Oceanum Vsq; ad Ar-
gentoratum ferme tenuerunt, Quod ita eui-
denter me probaturum spero, Vt non habeat
impostorum de quo dubitet probus Lector,

Et quidem a Cancore Illustri Rhenensis Pagi Comite sumam initium qui sub Pipino primo circa Wormatiam et Heÿdelbergam longela, teq; regnasse legitur, Cuius mater Wiliswinda Vidua Roberti Comitis filia Adelhelmi Co: Vxor Vero Angila nominabatur, fundauit autem hic Anno Vij ℔ lxiij^to regni Pipini Anno xij° Monasterium Laureshamense quattuor ab Heÿdelberga distans miliaribus, super fluuiū tunc temporis Wisgol, nunc Vero Weschol nuncupatum qui ortus in Otonica sylua juxta oppidū Weinheim e montibus erumpit, et apud Steinū infra Wormatiam Rhenō miscetur, habuit Vero Cancor filium Hemericum et fratrem noīe Turincbertum Turincbertus Vero filium Rutpertum qui omnes dictum monasteriū Vehementer locupleturunt, Donauerunt enim Cancor et Angila monasterio ecclesiam in Scarra cum suis appendicijs, item predium admodum diues circa Maguntiam et Villam Hagenheim cum omni integritate in pago Wormatiēn super fluuium Salusiam Item Birstat pagum e regio, ne Wormatię, ne quis putet eos non fuisse potentes et diuites, habuit etiam Cancor consanguineum Rutgangum Metēn eccle Archiepm cui monasterium instituendum comendarit nullius Episcopij Vel ecclesię Juri aut dominio subijcientes, qui quidem ecclesiasticis et regalibus occupatus negocijs, fratri suo Gundelando Laureshām commisit et ita secundus abbas factus est, et Vt hoc quoq; addam Idem Rutgango Gorziense monasterium tribus a Metēn Vrbe miliaribus fundasse et corpus beati Gorgonij

Cancor C. Pala.

Monasteriū Lorssh

Hylariaꝝ oppidū munt Sant Teruor

ibidem recondisse dicitur et in ecclia Hylariacen
sanctum Naborem in Laureshamensi vero diuū
Nazarium Que tria monasteria Pipinus post
modum sumptuosis auxit edificijs, quapropter
et fundator aliquando nuncupatur Hec exan
quissimo libro ante sexcentos Vt putatur annos
scribi cepto erui, In quo et litteꝛe Caroli Magni
continentur memorantes Heppenheim oppidu
lum esse situm in pago et comitatu Rhenensi
Et hinc facilis coniectura, Comites Palatinos
ad Rhenum eo tempore nuncupatos, et ex Pipi
norum prosapia ortos esse. Quandoquidem Conco
rdi succesisse postmodum Carolum Magnum
facile colligitur, Vt qui filiam suam Imnam de
bonis in eodem pago Rhenensi iacentibus postꝙ
Secretario suo Eginhardo nupsit, dotauit. Quod
nequis miretur aut existimet me fabulam recen
sere, adponam eam ad verbum ex eo, quem supra
dixi, Veteri libro, Vt etiam sit lectori tedij leua
men si quod ex hijs concepisset, Qualiter Vero
Pulchra hystoria de Imma et Eginhardo Michelnstat

Cella Michelenstat sub hoc pijssimo principe Caroło
Magno, per Venerabilem Einhardum Laureshа
mensi monasterio accesserit, prout a maioribus
nris memorie traditum est, perstringamus. Est
enim res tum cognitu et admiratione digna,
tum quanta Vel qualis olim Imperialis excel
lentie, et erga subditos pietas et erga deuotos
liberalitas. et erga suorum excessus clementia
fuerit, euidens exemplum. Hic igitur Einhardꝰ
archicapellanus Notariusꝙ Imperatoris Caroli
cum in aula regia laudabiliter seruiens, dilige
rebꝰ ab oibꝰ, a filia quoꝙ ipsius Imperatoris Im
ma nomine, regi grecorum desponsata, amabat

ardentius. Aliquantum ꝑ fluxerat, et amor alternus
cottidie inter ambos per augmenta crescebat, Vtroq;
enim timor retraxerat et offensio cessit, ne tam
grauia conueniendi inirent conamina. Sed amor
Imperobus omnia vincit, Denig; cum idem Vir
egregius inremediabiliter amando estuaret, au-
resq; Virginis per interuentum appellare, nec
presumeret, nouissime sumpta de semetipso fidu-
cia, nocturno tempore latenter ad puelle tende-
bat habitaculum, Ibidem ergo pulsans clanculo
et intrare permissus. tanq; alloquturus iuuencula
de regali mandato, statim versa vice solus cum
sola, secretis vsus alloquijs et datis amplexibus, cu-
pito satisfecit amori, Interea cum iam aproprin-
quante luce diei, persilentia noctis Vnde Vene-
rat regredi vellet, de improuiso miuem haud mo-
dicam decidisse cognouit, et ne per vestigia
pedum Virilium agnita proderetur, foras exire
timuit, ambosq; pro conscientia facti, anxietas
simul et formido intus remanere compulit, Cum-
q; mimia sollicitudine fluctuantes, quid facto opus
eet deliberarent, tandem elegantissima iuuen-
cula, quam audacem faciebat amor, consilium dedit
Vt ipsa quidem super se insidentem inclinata exci-
peret, eumq; vsq; ad locum illius hospitio contigui
ante lucarnam deportaret, ibiq; eo deposito cursum
per eadem vestigia cautius obseruata rediret, Eam
noctem Imperator diuino vt creditur nutu in
somnem duxit diluculoq; consurgens, eminusq;
de aula prospiciens, intuitus est filiam suam sub
prefato onere, mutanti gressu, vix incedere, et
ad conductum locum deposita, quam gestabat
sarcina, celeri repedare recursu, Quibus multo

intuitu, perspectis, imperator, partim admiratione
partim dolore permotus, non tamen absq; diuina
dispositione id fieri reputans, sese continuit et
visa interim silentio subpsit, Interea Einhardo
sibi consciis certusq; rem nullo modo diu suum
regem diu latere posse, tandem inter angustias
reperto consilio Imprem aggreditur, flexis geni-
bus missionem postulans. Aserens tot et tantis
seruitijs suis condigna non rependi premia. His
auditis rex dissimulato rei et euentu et exitu, diu
conticuit dehinc eum certificans se postulationi
eius quantocius responsurum, diem sibi constituit
statimq; consiliarios primosq; sui regni et certos
quosq; sibi familiares passim euocatos, conuenire
iussit. Congregata itaq; magnifica diuersarum
dignitatum frequentia ita exorsus est, Imperato-
riam inquiens Mat: nimis iniuriatam se et
despectam, in indigna sue filie notarijq; sui copula-
tore, et exinde non mediocri sese agitari perturba-
tione, Quibus nimio stupore perculsis et de rei
nouitate ac magnitudine quibusdam adhuc ambigen-
tibus, rex motuit eis euidentius, referens eis a
primordio, quid persemet ipm occulata fide cogno-
uerit consiliumq; eorum ac sententiam super hoc
expostulans, At illi inter se diuersi diuersa senti-
entes in presumptorem huius rei duras et varias
dedere sntias, alijs sine exemplo puniendum alijs
exilio damnandum alijs alio modo dispergendum
Vt cunq; impetus erat, adiudicantibus. Porro
quidam ex eis tanto mitiores quanto sapientiores
habita secum deliberatione quam intime regem
exorauere quatinus ipe rem persemetipsum exami-
nare et secundum diuinitq; ei collatam sapientiam

diffmire dignaretur, Verum Vbi Rex singulorum circa se affectum ponderauit, et inter diuersorum sntiãs, quid potissimum consilij sequeretur expen-
dit, sic eos allocutus est Non ignoratis inquit hu-
manum genus Varijs subiectum ee casibus, et fre-
quenter euenire, Vt res nonnulle, que contrarijs
initijs inchoant meliorem aliquando sortiant
exitum, Proinde non est desperandum, sed
potius super hac re que et grauitate et nouitate
sui mẽm exsuperat ingenium, diuine prouidentie,
que nunq̃ in sui dispositione fallit, queq̃ etiam
malis bene Vti nouit, pietas est expectanda et
expetenda, Quapropter tam tristis fac ti a nota-
rio meo non exigam penas, per quas infamia
filie mee magis videbitur augeri q̃ minui. Vnde
dignius et laudabilius imperij nostri glorie arbitra-
mur congruere, Vt data Adolescentie venia, legi-
timo eos matrimonio coniungam, et rei probro-
se, honestatis colorem superducam, Regis igitur
audita sntia fit incomparabile gaudium, magnitu-
do animi eius ac mansuetudo iuuenis effertur lau-
dibus, Interim Emhardus iussus adesse, ingreditur
quem exoptato Rex salutans, ita eum placito
Vultu alloquitur, Iamdudum auribus nostris a
Vobis delata est querimonia, quod seruitijs Vestris
regali munificentia hactenus digne non respon-
derimus, Sed Vt Verum fatear maxime super hoc
culpanda est. Vra negligentia, qmquidem licet
sustineam tot et tanta negotia solus, tñ si quid
Voluntatis Vre conceptum haberem, seruitia Vra
digno fuissem prosecutus honore, Verum ne Vos diuerso
sermone protraham, querimonijs Vestris amplissi-

donationem satisfatiam, et Vt vos etiam fidelem
mihi Vt prius et beneuolum posthac sentiam,
iuxi Vestro nuptui tradam meam filiam, Vrām
scilicet portatricem, que quandoq; alte succincta
Vrē subiectioni satis se morigeram exhibuit, Pro-
tinus ad regis edictum cum multo comitatu ad-
ducta est ei filia, que roseo Vultu perfusa rubore,
tradita per manus patris, in manus predicti
Ēnhardi cum dote pluxima predioxum quoq;
nonnullorum cum munexis aureis argenteisq;
donarijs, aliisq; preciosis supellectilibus, Quibus
etiam pijssimus Imperator Ludouicus post obitū
patris, prędia sua Videlicet Michlenstat et
Mulenheim que nunc appellatur Selngēstat tra-
didit, Vbi Monasterium postea construxit Muln-
heimq; donauit, monasterio autem Lauresheim-
ensi Michlenstat testamento reliquit, reseruata
tamen sibi doner Viueret et suis heredibus possidē,
qua adhuc frūūntur Comites de Expach qui se ab
illo originem ducere arbitrantur, et sepulchrum
illius nuper aperiri in Selngenstat fecerunt, Veramq;
hanc historiam tabella plumbea testante paucis
Vocalis deprehenderunt, In leis autem hmoi dona-
tionis Ludouici pij Michelnstat dicitur sita in Oden-
walt In pago plumgow super fluuium Mrmigun
Mulnheim autem ad Menum fluuium,

In quibusdam leis Lotharius primus filius Ludouici
pij Anstridum fidelem sui Palatij Comitem appellat
et ob egregia in se merita predium in Geilefurt
in pago hattuariensi super fluuium Nerse in Oden-
heimer marca donauit, In leis Vero Ludouici

pij Mulnheim fuisse possessionem Drogonis Comitis
nempe Palatini memoratur, et Wisenloch in Co,,
mitatu Conradi comitis, fuit autem Drogo ex Pipi,,
norum maioribus, hec ego scribo Vt sciatur Comites
Palatinos multa ad Menum et ad Rhenum iuxta
Wormatiam circa eiusdem Caroli Magni tempora
possedisse, Item Brisach legitur ad eos pertinuisse,
Supradictus Anstridus Comes Palatinus multa posse,,
dit In pago Taxandria Nempe Villam Empele
quam donauit eidem monasterio Hunsete Hatalle
Oetmon Rosmala Herpina, Angrisa, Ostrol,
Driella Maruillde Palete Hamaritta Driella qui sunt
adhuc Vici non procul a confluente Rhen et
Mose Juxta oppidum Graben Meghen et Rauen,,
stein, hic nescio an debeam confiteri errorem
qui secutus Leodiorum annales Visetum oppidum
inter Leodium et Mastricum Toxandram esse
Volui In Ebuxombus meis, quum sit Toxandria
pagus circa Buscum ducis et opinor oppidum ipm
quod est antiquissimum, Vt Veteres muri indicant
esse Taxandrum, eo quod Anno D.CCCC. lxix.° tricesi,,
simo quarto Ottoms primi, quum requireret Abbas
Lauresiamensis ab Episcopo Leodiensi Erkaro
sive Eberhardo Vbinam Taxandria et Vicus Empele
foret, cuius ecclesia ad se pertineret, nec haberet
Episcopus certi quicq; quod responderet, congregari
fecit totius sue diocesis synodum in quo septem Viri
illustres iuramento attestati sunt Taxandrum
pagum esse circa Buscumducis et Vicum Empele
in illo, in ripa fluuij Mose cuius alluuio ecclesiam
totam pene amisisset, quam ita inuenta spe Epus
et abbas redificarunt et in honorem sanctorum
Lamberti et Nazarij dedicarunt, Non tamen ignoro
Pagum fuisse amplissimum Toxandrum et forsan

extensum Visetum Vsq; Donauit etiam Anssfridus
monasterio quicquid habebat proprietatis in pago
Darnau in Villa Sodoia super fluuium Geldum
in Comitatu Giselberti qui etiam ex maioribus
Caroli Magni fuit ad austrum fluit Sambra ad
Occidentem res Sancti Lamberti Vbi Villa Baldams
Annales autem Antuerpiensium septem noiant ante
Carolum Magnum ex Pipinorum familia Marchiones,

Die Pellentz

Preterea certum est Pipinos totam Brabantiam, Vt
nunc diximus, possedisse, atq; ipsam arduennam
syluam presertim Vbi Rhenum attingit, et Vetus
Palatinatus etiamnum hodie appellatur, qui fuit
ampliss̄imus etiam si ea que sunt adhuc Iuris Pala
tini duntaxat annumerentur, hoc est que in feudum
a palatinis hodie accipiuntur, Videlicet quicquid
fere est inter Confluentes et Andernacum, totus
comitatus de Virnenberg, de Wijda, de Syens, de
Mandtscheit, potiss̄ima fere pars ducatus Juliacen,
sis, in quo Palatinus cuius nomen non occurrit, Mo,
Brueweiler nasterium postmodum edificauit cui nomen Bru,
weiller Vno a Colonia Agrippina distans miliari
Et Ezelinus Comes Palatinus Rheni frater
Keyserswoerd Sancte Kunigundis ecclesiam in keiserswerd
infra eandem Coloniam construxit que oia cum
tota Lothoringia Ebrardus et Giselbertus, qui
ex posteritate Caroli Magni et Co: Pala: fuerut,
sub Ottone primo possidebant, sub quibus Leodium,
Caprimons, Traiectum, Jupillam, Harstallum
Marssna, Litta, et pleraq; alia continebantur,
Godefridus Comes Palatinus Rhein septem
principalia benefitia qui Vulgo appellabantur,
Volnlehen morte septem nobiliss̄imorum eccles̄ie

Laureshamensis fidelium obtinuit a Bernone
Abbate et ad generum illius Welephonem peruene-
runt sub Henrico quarto, fuerunt Fridericus
et Sigefridus Comites Palatini ad Rhenum
sub Henrico tertio Imperatore, Et Vt clariora hec
omnia fiant adponam que antiquitati fauentissimo
princeps Joannes Comes Palatinus Rhen Dux Fo. C. Pala.
Bauarie et Comes in Spanheim sua diligentia in
Veteri Palatinatu requisita mihi tradidit, Henri-
cus inquit Comes Pala: Rheni et Dominus
de Lacu, quod sine liberis esset, annuente Vxore
sua Adelheida edificauit monasterium ad Lacū / Monast. ad Lacū
patrimonium suum Anno salutis 1093 regnante
Imperatore Henrico tertio, dedit q; eidem Rhei-
dam, Bellam, Bedendorff, Krufft, Alke, et Lacu,
et in leis fundationis ad finem habetur, Affuerut
Sifridus priuignus meus, Henricus Dux de Lim-
burg ~~cognati mei~~ et Wilhelmus Comes de Lucebr-
burg cognati mei. In leis Vero priuilegij Henrici
quarti Romanorum Imperatoris hec Verba
continentur, post mortem Vero predicti palatini
Comitis Henrici, Sigefridus qui ei in Comitatu
Palatij successit de patrimonio suo Mylen in bra-
bantia Ouerhouen et Geneheiden monasterio
ad Lacum dedit Neq; propterea, quod aliqui
hic facere nituntur, quisq; putet, extra lineam
Palatinorum, comitatum deuenisse Sed potius
credendum ipsam Adelheidem et priorem eius
maritum patrem Sigefridi Palatinos quoq; fuisse
qui multi tum supererant exulantes hinc et inde
propter nouissimum bellum per Eberhardum
et Giselbertum Palatinos cum Ottone primo ges-
tum. Sigiberti autem coniunx Gertrudis Vocaba-
tur, et est in monasterio Lacensi depicta gestas

in capite coronam Jn Veteri quoq; palatinatu in
quodam sacello diue Virgini dedicato scriptum
inuentur Sigefridum Comitem Palatinum acem
nunc dirutam non procul ab oppido Meyen et monasterio laren qua
Hohe Siemern arx hohen Smern appellant inhabitasse, et monasterio
Lacensi cui nomen erat Golo habuisseq; in Vxore
ducissam Brabantie quam consilio et suasu cuiusda
equitis cui nomen erat Golo, Voluit igni tradere, cause
non referuntur, sed sunt qui adserant cum puercu-
lo in ingentem siluam expositam, et post aliquot
menses sine omni humana ope, sanam et incolumem
repertam et a deo in signum innocentie conserua-
tam, Idem Sigefridus monasterium in Braban-
tia fundauit noie Haffligenium de quo quidam
Cardinalis singulis annis nouendecim milia flore
norum accipit et adhuc triginta monachi cotidie
ibidem aluntur, est autem non procul ab oppido
alost opp. Alosto Comitatus titulo nobili, Supradicta adel-
heidis in eodem monasterio coronata etiam iuxta
maritum suum depicta cernitur, Et est notatu
dignum quod licet predictus princeps Henricus
se duntaxat Comitem palatinum et dominum
ad Lacum scribat, nihilominus tamen, insignia
Bauarie in dextro sue chlamidis latere et in
sinistro flauum Leonem sine corona in nigra plani-
cie cum duplici cauda depicta cernuntur, Vt
credibile sit eum ex Bauarorum et Palatinorum
progenie descendisse ex stemmate Comitis Wern-
heri de Scheyren, Veteres enim sua insignia
non curiose, Vt hodie, obseruabant Siquidem
Rupertus cognomento senior Comes Palatinus
et princeps Elector, inuentur depictus equo
insidens et insignia Bauarie pro scuto tenens
et ad equi antilenam Leonem palatinum sine

rubeo scuto, quod est insigne electoralis dignitatis,
licet pictoribus atq; poetis quid libet audendi
semper fuit equa ptas, nec; ab illis petendum Judi-
tium, fuit et in hoc Veteri palatinatu primceps
Guilhelmus Comes quoq; palatinus qui sepultus est
in Sprenckersbach quorum oim epithaphia adscrip-
sissem nisi reuereritus essem illa non placitura palatui
mi temporis hoim, eo quod media etate scripta illis
dura rancida et rustica plane viderentur, qui
volet illa legere poterit Lacense monasteriu
adire quod ab andernaco vno a confluente trib9
distat miliaribus,

Etsi iam satis superq; probatum existimem arduen-
nam syluam ad Pipinos et per consequens ad pre-
fectos palatij seu Comites Palatinos pertinuisse, et
Veterem palatinatum ad Rhenum partem arduen-
ne esse, Nihilominus tamen Vt hec liquidiora fiat,
adponam que hac de re doctissimus et antiquitatis
amantissimus Vetus congerro meus Chrysanthus
Boÿss ad me scripsit/de Arduenna sylua inquit
hec habeto et primo ex Caij Julij Cesaris descriptione Arduenna
Arduenna silua inquit que est totius gallie maxima
atq; ab ripis Rhenj finibusq; Treuerorum ad Ner-
uios pertinet, amplius quingentis milibus passuu
patet, Regino monachus prumiensis Anno D:
CCC: lxxxvi. scribit Ludouicum regem trans-
misso inter confluentes et Arduennam syluam
Rheno in pago meginense hoc est Meÿenfelt
non longe ab Andernaco castello id est in veteri
palatinatu, cum Carolo fratre confluxisse et vicisse,
licet Carolus plusq; quinquaginta milia hoim in
suo exercitu haberet. Eodem autore regio que hodie
Eyfflia dicitur castrum Sleÿden oppidum Duren

in Arduenna est, Imo totus ducatus Lutzelburgen
Limpurgen Juliacensis Item bona pars Archiepisco
patuum colonien et Treuerensis, In hac Pipinus Caro
li Magni pater monasterium pruminam construxit
Sigibertus Rex francorum Stabulaus Et quia no
dubitem quamplurimos fore qui antiquitatibus Arduen
ne et presertim Veteris Palatinatus Vbi Eyfflia appel
latur, oblectaburntur, libenter adponam que idem
Chrysanthus mihi dedit et primum a se repertum
lapidem candidum in Vico Ripstorff et in etlibus
suis adseruat huiusmodi,

⊕ MARTI ET GEN^IO.
TALLIATIVM.
CLAVDIVS. VERINVS.
AD PERPETVAM TVTELAM AEDIS.
TALLIATIBVS DEDIT XCCL
QVAM AEDEM L: MARCIVS
SIMILIS DE SVO POSIT:

Item Fragmentum hoc,

PRO.
IMP. DIVINAE.
ANCAM MARTI
TALLIATIVM.

Porro hi lapides non longe inuenti sunt ab
area Dollendorff,
Ibidem sunt adhuc mirabiles subterraneę structuræ
Paulum supra Monasterium Eyfflię est hic lapis,

CORNICEN AN: XXXVI:
STIP. XVIII.
COLLEGÆ HAEREDES
POSVERVNT.

Paulum infra oppidum Istan In Vico Guerneshem
Lapis fuit pulcherrimus litteris latinis insculptus
ex fidedignis compereri sed hic mihi preceptus est,

Non longe inde in Vico Antwoiler Inuentus est
lapis in quo sunt supra tres Virgines sedentes cum
Sportulis in qbꝫ rosꝫ sub Virginibus Verba sunt hec,

MATRONIS . VACALLI.
NE HIS TIB: CLAVDI.
MATER NVR IMP. IPSA.

Post Verba hec, Imo sub ipsis primum stat Virgo
Longa Veste decenti, habens in manu Vt apparet
Virgam florentem ad cuius caput asscripta est
littera L.

Liuia scilicetque fuit Mater Tiberij et Nurus
Imperatoris Julij Vt pote que filio illius adoptiuo
Augusto nupserat

Juxta Liuiam ara stat in qua ignis cum flam̃is
iuxta aram stat iuuenis habens aceram in manu,
Post iuuenem stat Longior Vir habens quoppiam in
manu, idqꝫ imponens in ignem super aram,

Ego crediderim esse sacrificium Liuie a Matronis
factum Idq; sequutus C. Tacitum qui in mitio
primi ait Liuiam non contentam honoribus
humanis, se per sacerdotes et flamines effigie deoꝝ
et Numinum coli Voluisse.
Eiusdem formꝫ lapis est et alius, habeoq; ego in
edibus meis ambos cum superioribus,

De vicariatu

Non solum autem suprema Comitum Palatinorum
dignitas apud Pipinos et Caroli Magni posteritatem permansit, Verum etiam Vicariatus sublimitas etiamnum hodie perdurat, quam pene eandem dixerim Vt enim presens Imperator Comiti Palatino negotia disponenda permittebat, Ita absens omnia committebat, Vicesq; suas prorsus commendabat, quapropter inde effectum est, si contingat Imperatorem trans alpes aut pyreneos montes comigrare, ilico quicquid est rerum Imperialium citra montes ad Comitis Palatini curam pertinet et Vicarius Imperij appellatur. Mortuo Vero Imperatore et alio nondum electo aut suffecto Comes Palatinus, ad Rhenum et ea que sunt Iuris Suevie et francomi, causa et ratione palatinatus singula queq; administrat et disponit. Et quod magis, est tanta et semper fuit Comitum Palatinorum excellentia, Vt Imperialis ma:tas si qua controuersia illi cum quopiam existat, sub Comite palatino Iuditium subeat, Vt aperte Bulla aurea Caroli quarti Imperatoris declarat et continet Et hinc factum nemo dubitet, quum de constituendis Principibus Electoribus ageretur, primas partes Comiti palatino attributas Vt excellentissimo ex Caroli Magni progenie principi, quas postmodum idem Carolus quartus Bohemie Regi adscripsit, et assignauit, Volens consulere posteritati sue. Tanta autem semper apud Veteres Comitum Palatinorum ratio honor et reuerentia habita est Vt mortuo Henrico Comiti Palatino Henrici superbi filio Vnica relicta filia, quam Otto Dux Bauarie et Comes a Scheiren in Vxorem duxit Comitis Palatini titulo Elector habitus sit, licet Vtrumq; principatum posideret Cuius ex filio nepos Ludouicus quum duos haberet filios ~~Ludouicum~~

Cur Palatinus Elector factus

a Ludouicū, hinc illi

* Rudolphum, ille Bauariam, hinc Vero palatina-
tum cum Electoria dignitate et parte ducatus
† donare voluit Bauarię † donauit, hac adiecta conditione Vt Vicissi-
tudinario Jure eandem electoriam dignitatem
possiderent, quod obtinere non potuit, Neq; emm
Jmperij primcipes et subsequentes Jmperatores ferre
Voluerunt tantam dignitatem et auctoritatem,
que solis Comitibus palatinis debebatur, et ad eos perti-
bat, a quopiam quam qui Comes Palatinus Palatina-
tusq; posideret. Vsurpari, aut Vindicari, Quod ipm
Carolus quartus Jmperator postmodum Nuremberge
publico Judicio assidentibus ommibus Electoribus
declarauit, et edicto cauit, Ne quis ad Electoriam
et Archidapiferi dignitatem ius sibi Vendicare
presumeret, nisi qui prius Palatinatum ipm Jure
obtinuisset. Et hinc factum Vt Comites Palatin
continua serie nouem Reges Romanorum siue
Jmperatores, sme Ducum Bauarię aut quorum-
cunq; aliorum contradictione, elegerint et suis
suffragijs ad Jmperiale culmen promouerint, Licet
emm ille Rudolphus per fratrem Ludouicum
Jmperatorem et Ducem Bauarię e palatinatu
pulsus omnibusq; bonis et dignitate spoliatus fuerit,
eo quod ei suffragium suum in Electione denega-
uerit et Friderico austriaco dare maluerit, et in
exilio in Anglia mortuus sit, filij tamen eius
spoliati non remanserunt, sed in se Jus paternu
et dignitatem successerunt, Videlicet Rudolphus
Adolphus et Rupertus, Hic Rudolphus in
Noua ciuitate ecclesiam collegiatam construere
incepit, sed morte preuentus fratri Ruperto per-
ficiendam et palatinatum electoriamq; dignitate
regendam reliquit, Adolphus emm ad ea non
satis aptus iudicatus est, habuit autem Rupertus

duas Vxores, primam Elizabetam Comitis Namur,
censis filiam, alteram Beatricem de Bergis, et Vni,
uersale Vt Vocant studium in opido Heijdelbergensi
instituit Anno 1346 cui sine herede mortuo Anno
1390 et in Noua Ciuitate cum suis Vxoribo sepulto,
filius Adolphi fratris Rupertus Brandit succesit
et princeps Elector factus est, qui ex Beatrice Sici,
lie Regina genuit Rupertum Romanorum
Regem ecclesie regalis S^ti Spiritus Heijdelbergen
fundatorem, et ille ex filia Burgrauij Nurembergen
pluxmos filios Ottonem, Fridericum, Rupertum,
Ludouicum, Joannem et Stephanum procreauit
Ludouicus factus est Elector, qui quoq tres filios
reliquit Ludouicum, Fridericum et Rupertum,
Ludouicus Elector moriebatur Vormatie Anno
1449 relinquens Vnicum filium Principem Electo,
rem Philippum qui multos reliquit liberos filios
et filias Inter quos Ludouicus Elector et Friderico
cuius Vitam et res gestas scribere nunc adgredimur
hoc saltem prefati nobilissimam hanc familiam
a Pipinorum et Caroli Magni temporibus semper
floruisse, multa possedisse et murq deseruisse, quod
male opinatus est Munsterus, nisi dicere Voluimus
agnatos et cognatos de familia non esse et Jura
sanguinis pefiliam non conseruari, quod ppm, et
si Romana Jura contineant, non tulissent tame
Romulus et Remus Rhee siluie filij et ab ijs origi,
nem ducens Julius Romani Imperij primq fudator et author,

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRIS: PRINCIPIS FRIDERICI. Co: PAL: RHENI DVCIS BAVA: SAC: RO: IMP: ARCI, DAPI: ET PRIN: ELEC: LIBER SECVNDVS

Natiuitas friderici

Ex hac Vetere et nobilissima Co: P: familia Vt dictum est. Illustrissimus Fridericus Co: Palatinus Rhen Dux Bauarię Sacri Roma: Imperij Archidapifer et princeps Elector, Pa, tre Philippo principe etiam Electore et Ma, rgareta Georgij Ducis Bauarię sorore Anno post natum Christum 1483 die nona De, cembris hora ante meridiem quarta flante Vehementer Austro et caligmoso tempestatibo cęlo, in hanc lucem editus est in arce Wm, tzheim iuxta Neostadium oppidum ameni, ssimum ad Spiram fluuium qui partim iuxta Spirę Męnia partim non procul ab Altaripa olim oppido nunc Vero Viculo in Rhenum mfluit, in quam arcem Mater Vitandę pe, stis gratia que Heydelbergam et Vicinora lo, ca infestabat, secesserat,

Cur fridericus dictus

Infanti nomen Friderico inditum est, in memo, riam patrui Friderici cui Victorioso ob res belli, cas felicissime gestas cognomen fuit, Vel quod Christiano more de sacro fonte a tribus nobili, libus equestri dignitate decoratis subleuatus sit, quorum Vnus Fridericus a Talburg nomi,

nabatur, alter Otto ab Hirshorn, tertius Engelhardus a Neiperg. Ni platom credere malumus Volenti propria nomina non fortuito sed inspirante deo Herroibus dari quod nature eorum conueniat Vt et Fridericus nomen huic maxime conuenit, quod germanis pacificum seu pace abundantem et diuitem significat, cuius semper studiosissimus fuit noster Fridericus, Natum quia ea hora Cams exoriebatur astrologi predixerunt, prima etate alicui magno principi bona fide seruituremrum gratissimumq futurū, reliquam Vitam erumnosam et laboriosam moribus tamen Vacijs illustrem, quibus anteiret fratres et fere omnes superuiueret,

Infantia Friderici & institutio prima

Puer sub pedagogo statim bone indolis et ingenij specimen dedit, litteras enim sua sponte Vel blandis Verbis adhortatus libenter pre ceteris fratribus addiscebat, Coactus minis Vel Verberibus pertinaciter reluctabatur, quod equidem generoso animo adscribendum existimo, neq enim Vnq approbare potui eius temporis doctores, qui tanq in pueros tyrannidem exercentes ferula et Virga terribiles, stentorea Voce a discipulis omnia extorquebant, etiam que per etate nullo modo capere Vel intelligere poterant, neq a pueris amari sed reformidari semper studebantur, De quo grandior factus princeps Friderici sepe conquestus est, neq enim dubitaret si alium pueritie sue institutorem et qualem Vel Horatius Vel Quintilianus describunt,

nat̃us fuisset, quim pro captu ingenij sui lras et
presertim linguam latinam facile perdidicisset,
quam quidem Vt semper amauit ita preter me,
diocrem intelligentiam et veluti a limine sa,
luta-tam, eam calluit. Doctos Vero Vehementer
et dilexit et inter eos libenter Versatus est, que
portio non minima doctrine habetur,

Annos natus octodecim quo anno Matrem am, Quãdo missus ad
serat a patre missus est in Inferiorem germa, Regẽ Philippum
niam ad Principem Hispaniarum Philippũ 1500
Maximiliani Imperatoris filium Vt apud eũ
exterarum gentium linguas discret et mores hominũ
videret et Vrbes. Deduxerunt autem illum
Viri nobilitate atq; prudentia et grauitate spec,
tabiles, Doctor Silberbergerus Wormatiensis
ecclesie Canonicus, Stephanus a Vemngen eques
auratus, & Fridericus ab Ely, eo comitatu quo
decet principis Electoris filium, hij reperto pr,
incipe Mittelburgi quod est Zelandie oppi,
dum primarium, illum illi cõmendarunt quẽ
princeps benigne in suam familiam et clientẽ,
lam suscepit et quum esset dies mercurij a fe,
sto Pentecostes, sequenti die celebri prandio
apud se discumbere voluit intentisq; continuo
in eum oculis hilari sermone sepe allocutus
est, ac imposterum Vehementer dilexit. cõme,
ndabant enim illum forma egregia & benevo,
lentia singularis conciliandę hom̃ gratie, ac
mirum et efficax studium promerendi oim̃ an,
oris, quanq; procera statura non esset, sed qua,
drata, compactis firmisq; ac nervosis mem,
bris precipuo robore equitandi peritissimus,
& ad omnes tum belli, tum pacis artes mire do,
cilis & singularis memoriæ,

Cur ad philippū missus fridericus

Causam autem cur inter tot fratres Vnus Fridericus a patre delectus est qui ad principem Philippum mitteretur, eam fuisse aiunt quod intelligeret offensum Maximilianum Cesarem, ob missum ad Gallie Regem primogenitum Ludouicum, Vt de quo Imperator conqueretur, non esset, quum Friderico compensatum existimaret, Adhec mouebat Friderici preclara iamtum indoles, que indies magis ac magis animaduertebatur ad maiora aspirare, quum et per sese summo flagraret amore discendi peregrinas linguas, et preter communem germanorum ferme omnium, exteras gentes & amaret et cum illis libenter versaretur, earumq; consuetudine gauderet et oblectaretur,

Iter Philippi in Hispaniā describitur

Interea Philippo Hispaniarum principi adornata est in Hispaniam ~~per~~ profectio, maximo apparatu, et ita ex inferiori germania discessum Vt idem princeps (quem impostorum Regem appellare libet) cum sua coniuge numerosoq; gynetio in proffesto diui Martini ad Bussy inter Valentianas et Montes Hamonie sumptuosam & splendidam arcem peruenerit, eamq; noctem Vt est eius terre mos, magna letitia et hilaritate peregerit, et consequenter per Galliam iter suum direxit quod equidem describere summatim non gratulabor potissimum quia eius expeditionis ~~Palatinus~~ Princeps Friderico assiduus Comes fuit,

Sequenti die Valentianis ad dextram relictis ad Imperij Romani vrbem Cameracum peruenere, hanc Samarobrinam Caius Julius Cesar

appellat et crebro illius in suis de bello Gallico ele-
gantissimis comentarijs mentionem facit, Per-
uecauit amenissima Vrbs Imperio romano pace-
re veluti limes fidelissimus, donec Imperator
noster Carolus nuperrimo bello quod cum ga-
llis gessit Veritus ne ab illis occuparetur in suam
potestatem eam recepit, et arce Validissima
communiuit, habet Episcopum, qui se Sacri Ro-
mani Imperij principem appellat,

Per Peronam deinde iter arripuere, que regni
Frantie Vrbium prima occurrit, a deo munita
est, Vt sepe oppugnata expugnari hactenus a
Burgundis non potuerit, post per Syluanectu-
ad Parisiorum maximam et celeberrimam to-
tius gallie Vrbem deuenere: Vbi Rex Philippus
ab inclito illo Senatu quem parlamentum ap-
pellant, honorificentissimo apparatu excipiebat
Namq; per omnes Vicos per quos illi transeun-
dum erat quia sunt longissimi, spectacula et
ludi habebantur sumptuosissmi, festiuissimq;
Tantusq; erat populi concursus, Vt hom plus ter
centenis milibus adfuisse quisq; diiudicaret, qui
enim ibidem duobus diebus, et altero ingressus se
natum, a Preside et certum assessoribus purpurea
Vestitis iterum exceptus, Jussusq; est tunq; Comes
Flandrie, et ex paribus Frantie Vnus, pro tribuna
li sedere, datus est et Palatino Friderico sedendi
locus, q honor apud illos summus habetur,

Friderico Ludouico in Parlamento datus

Postmodum per Aurelianum Vbi quoq; honorifice ex-
ceptus est, ad Blasiam deuenere, Rex Ludoui-
cus Vndecimus regiam suam ibidem tum habebat
duo

Miserat q Regi Philippo principes aliquot Viros obuiam qui illum ad se in arcem aulcis auroq, et argento magnifice adornatam perduxerunt Inter quos Dux Borbonij qui a dextris regi Philippo incessit quod notandum est, Vbi Rex in solio regio sedens eius aduentum prestolabatur, qui adempgentis corporis custodibus argento deaurato squameatis vestibus ab infima arcis porta vsq, ad sedem regiam circum vallatus, qui ex Helvetijs & Scotis constabant, Vt aduentem vidit Philippum Rex, adsurrexit, et satis egre poda gra impeditus aliquot passus obuiam iuit, datag, et accepta salute, paucis q inter se verbis communicatis discesserunt et reductus est Rex Philippus abijs q illu adduxerant in suum diuersoriu,

Nota

Aduenente nocte rursum conuenerunt et Vna cum nati ad ducendas choreas et saltationes conuertuntur, Rex vero Ludouicus et plerig alij spectando multis millibus coronatorum charlus ludebant, ludo ea tempestate frequentissimo quem etiam nunc hodie fluece appellant,

Flußen mit Karten

Postero die itur Venatum, non quidem more germanico retibus aut concisis siluis, sed canum multitudine ipi per siluas et campos, cerbos concitant et tam diu persequuntur donec lassi aut canum vi retenti concidant et moriantur quod ipsi per vim Venari appellant, que Venatio meo iudicio delectabilior est quam ma, licet sit laborioſior, dum vel ex insidijs telo adormur feram vel in retia conijctam Venabulo, gladio vel telo occidimus, Ceterum quia

Venatio Gallorū

Habent etiammum hodie reges franciæ quatuor magistros curiæ quorū vnus Principi friderico assignatus erat vt illum obseruaret deq; omnibus necessarijs prospiceret Casu autem contigit vt volens fridericus cum equo transilire fossam, conciderit equus & fridericū dorso excusserit, Ille autem in pedes resiliens & sinistra manu sellam apprehendens a terra sine stapedū adiumento super equū insilierit, quod admiratus Magister curiæ Regi indicauit, promptitudinemq; frideri in immensum laudauit, qui protinus inquirens, num quidnam lesū haberet

17

dies pluuius erat non admodum Copiosa fuit ea Venatio et Blasiam reditum est pilaq; lusum qua excellebat Vterq; Rex.

voluit illi dare manere conclaue vt in illo curaretur, quod constanter recusauit, et obid in magno honore habitus est

Tertia luce quamplurimi principes nobilesq; Viri auro et argento phalerisq; sumptuosissimis resplendentes hastarum concursione militari more inter sese certarunt, totamq; sequentem fere noctem saltationibus et obtectamentis Variis transegerunt, teuthonico et gallico more.

Quarto die Valedicto Regi et oibꝫ discessit Philippus ac per Turrones et Pictauos iter facit a quo paululum deflectens Lusignacum Die Melusines fabula, fonte et Vinario ferarum nobile oppidum et arcem inuisit, Veterem quoq; Xantonum Vrbem, Blauiamq; militarem, vbi Rolandus primus Comes Palatinus, et Oliuerius Caroli Magni famosi duces, Sanctusquoq; Romanus et Diua Appolonia tumulati sunt. Vt primo libro etiã dictum est, consensoq; Garumna nauibus, Burdegalam amenissimam Vrbem delatus est, et admiratus magnifici illius amphiteatri atq; alterius mirandi operis Vetustissimi quod tutelam appellant, cruinas, per Basacum Ausonij poete patriam, et per Vasconum solitudines, ad Baionam ciuitatem Vltimam gallie ad pedes pyreneorum montium sitam, contendit, neq; in toto itinere vsq; obmissum est, quin a Senatoribus ciuitatum, occursum illi sit & singularis honor exhibitus,

Erlelissima

Blauia

Burdegala

Basarum
Baiona

Fons Rauię

Ex Baiona ad fontem Rauię primum Hiſpa-
nię in Biſcaia oppidum peruenit, exiguum qui-
dem admodum ſed munitiſsimum, atq; ita ad ma-
re conſtructum, Vt recedente Oceani æſtu, ſiccis pe-
dibus adeatur, aduenięnte Vero totum rimatet.
Ibi aderat qui illum exciperet à Rege et Regina
Hiſpaniarum miſsus, magnus Sancti Jacobi Co-
mendator, Vir Septuagenarius longo comitatu
Nobilium agmine, pro more gentis Hiſpanię
ſplendide ornatorum, non enim tum temporis
cuiq; erat apud eos permiſsum auro Vel argento
intertextas, imo ne ſericeas quidem veſtes deferre,
Verum interdictum erat hac de cauſa, quod na-
tura gens ſuperba, ita dedita erat ſplendido et
ſumptuoſo Veſtitui, Vt q̄plurimi illorum in extre-
mam et ſummam paupertatem redigerentur, du
alter alterum Veſtitu ſuperare et aliquo conten-
deret, & ita oberarentur, Vt arma et omnem
bello neceſsarium ad paratum negligerent, quo
tamen imprimis indigebant aduerſus Mauros,
ſe cotidie infeſtantes et bonam Hiſpanię partem
occupantes. Jamdicti Vero Commendatoris ſta-
pedes frenum et reliquę equi phalerę et inſuper
calcaria ex ſolido erant auro, quod equidem om-
nibus permiſsum quorum facultates id ferunt,
hac ratione, quia preter auri fabri operam et me-
redem in huiuſmodi rebus Vix quicq; perit et
Valor ſemper remanet, quod non idem ſit in au-
ro argentoue intertexto Velſerico, quę Vſu eua-
neſcunt et conſumuntur. Hic inq; Comendator
Philippum Regem elegantem oratione qua mu-
ltum Valent Hiſpani, quia ideoma eorum pro-
xime ad linguam latinam accedit, excepit et de-
inde per Biſcaiam terram Inter pireneos montes
admodum aſperam, ferisq; gentibus cultam duxit,

Veſtitus Hyſpanorū

Biſcaia

Vt sunt primi Calibes, quorum oppida Tholoseta
Arenarium, Villafranca, Segura, Juxta quae la-
bitur Chalibs fluuius magno inter abrupta mo-
tium fragore, Sunt etiam apud eos ferri mineræ
facuntq; enses optimos, Vnde non immerito de
eis dixit Vergilius, at Calibes crudi mittunt
ferrum, Mirum autem in modum oblectarunt
Regem Virgines occurrentes per vicos taso ornes
capite, de more gentis tympana gestantes digi-
tisq; pulsantes, canentesq; sua lingua quam pro-
priam habent, Sumas eque vt Rex ipse nobi-
les, Quare si vires nobilis impertire nobis
aliquid quo Choragos conducere et hilarem festum
diem celebrare possimus, Inde autem hoc ha-
bent, quod Biscauia gens propter crebra bella
que cum vicinis gallis terra et mari gerunt be-
llicosior est et aduersus Maucos, vt dixi, stre-
nue sese semper gesserit, nec destiterit vnquã
donec Hispania tota pulsi fuerint, Quapro-
pter ab Hispaniæ Regibus immunitate donati
et libere permissum est eorum mulieribus quo
cunq; velint vestimentorum genere capitisq; or-
namentis vti, quum reliq; Hispaniam totam
viri vno, mulieres vno corporis, cultu, contenta
esse oporteat, Et hinc infinitæ ornatuum forme
conspiciunt, Vixq; est tam exiguus vicus qui non
admirandum aliquem excogitarit, Deinde
ascensum dein Adriani adeo montem excel-
sum vt necesse fuerit priscis Hispaniæ habitato
ribus summitatem persecare, nisi natura fac tu
credere malis, quo in verticem peruenire pos-
sis, in quo vbi constiteris, sepe infra te nubes
admirari licebit, quo superato et per duo mi-
liaria germanica descenso, in amenissimam va-
llem quæ Hispaniæ adscribitur, deuenitur, Vsq;

Chalibs fluuius

Mons diui Adriani

adeo crebris vicis et oppidulis habitatam, vt cre-
deres naturam quod in pyreneis montibus non
potuerat, frequentia edificiorum hic resarcire vo-
luisse, qui primus occurrit vicus Galareta appe-
latur. Deinde Victoria satis elegans oppidu
sese offert. Erat autem tum magna comme-
atuum inopia, quoniam ad id vsq; temporis
rari homines Hispaniam adibant, et preter
mendicos multos qui peregre Diuum Jacobum
in Compostella inuisebant, et contra Hispa-
tenuissimo victu contenti, raro egrediebantur
ad exteras gentes, sed neglecto agrorum cultu,
nisi pro hom numero quem quisq; habebat domi
manebant. Nunc vero sub Diuo Carolo Impe-
ratore et crebrius frequentata et cultior est,

victoria oppidū

Ponte deinde apud Mirandam oppidum transmisso
Ibero qui non procul inde oritur et preteriens
Calaguritanos, attingens vero Nauarros, Juxta
Tudelam, et postmodum preterlabens Cesaraū
gustam magnificam vrbem Juxta Tarraconem
in mare effunditur balearicum, ad Burgos Ca-
stilię regum caput, et magnis itineribus ad To-
letum hispanę vmbilicum fessi omes deuenere,
presertim equi quibus nihil preter hordeum erat
pabuli, quum vsq; adeo arida vel potius maulta
est Hispania vt nec fenum nec stramina equis
substernenda prębeat, quę equidem equi Hispa-
ni non desiderant, quum hys omnibus carere ad-
sueti, solo hordeo contenti, et nitidiores habitio-
resq; et agiliores nostris existant. Vide quid con-
suetudo altera natura possit, et vt minimis con-
tenta est. Nos vero Germani ad tum de nobis
statim putamus, nisi quater quinquies vel in die

Mirandola opp.
Iberus flu.
Tudela
Cesaraugusta
Burgi opp.
Toletum
Hispania infer-
tilis

cibo et potu suffarcinemur, et ad eum modum nostra iumenta et equos presertim sagmantes, fœno auena et paleis ita replemus, Vt vix interdum respirare queant,

Nusquam vero non est occursum Regi Philippo a principibus Magnatibus Episcopis et nobilitate in ciuitatibus vicinisq; locis habitantibus in magna pompa cum tubis et tympanis de more gentis: Processus illorum autem est talis, Vt tubicines et tympanistæ precedant, Deinde Nobiles postea Comites, sequitur vero Vltimus princeps solus, plerunq; loquta illum parasitus aliquis qui illius diuicias, res gestas et pleraq; alia que illi magnifica putant, iactant et predicant, Idemq; princeps solus regem excepit reuerenter, manum osculatur, magnusq; habetur honor ei cui deosculandum, preterea Rex prebuerit, Nonnulli vero leuissimos equites habent, qui bifariam diuisi arundinibus iaculantur et sese inuicem petunt, Operepretium est interdum videre quanta agilitate equos vertunt, et in tantam altitudinem arcuidines et virgulta ad hoc aptata cursitando intorquent Vt vix quisq; credere, ret, ei vero qui plures fecit seu attigit, et in equo agilior in gyrum vertendo currendo et recurrendo visus est, a mulieribus honor defertur, et gratię aguntur, quod maxime faciunt hispanicę mulieres admodum hoies,

Erant Toleti Rex Ferdinandus et Ysabella regina, qui aduentum generi et filię summo desiderio prestolantes, magno principum Magnatum et nobilium comitatu, et equitum numero circa,

Mos hyspanorū principū in incessu

azemilr

inter duos: duces vel comites

f quot subditi quot nobiles

ante mihi desponsat

ter mille Vndiq; circumstrepentibus tubicinibus et
tympanis magna reuerentia Vt vocant exceptus
et in Vrbem Toletum perductus Vbi aliquot me-
nses permansit et cotidie nouo hastarum ludo,
arundinum iaculatione, bouumq; venatione, que
precipua et celebris apud Hispanos habet, oblectabat.

+B

Postq; discedendi tempus vocantibus negotijs aduenit,
Rex Philippus Vt hoc quoq; non pretermittam
celebri prandio Socerum et Socrum excepit qui-
bus discumbentibus ipe et eius coniunx adsidebat,
vt, Palatinum Fridericum Vt Regi Ferdinando Vi-
num preberet pocillatoris, qui precipuus honor
apud illos habetur, comissum officium. March-
io Bernhardo Badensis pregustatore ordinatur.
alij primates ex regis Philippi clientela mense
adstabant et seruiebant, ceteri missibus ferendis
prepositi erant, Tandem dimissus a Rege et Re-
gina Vt ad patrem in Germaniam rediret
Vxorem apud eos grauidam reliquit et per
Arragonas et Burgundiam iter facere constitu-
it, Occurrerunt autem ei illi in itinere memo-
rabiles hę Ciuitates Madritia que Mantua
carpetana putatur, Alcala que Complutum
literarum studio nobilis, Ciguenta Calatrauida
que Bilbilis Martialis poete patria existima-
tur, Deinde Cesar augusta Vrbs ampla et copi-
osa ad Iberum amnem qui ponte marmoreo tra-
nsmittitur, Vbi aliquot dies comoratus de Soc-
rus infirmitate certior factus constituit quam pa-
ucissimo comitatu ad eam reuisendam reuerti
Adhibuit tamen et Palatinum Fridericum Co-

Principem

A

A Deditione vrbis Granatę, vt etiam postmodu dicam, que ipo
diuo Johannis baptistę die festo facta est, celebrant reges catholici
cum diem in maximo gaudio & solemnitate, conuenit ad eos ex
prę Hispanię principes & nobilitas aliquando ad tria quatuorue
equitum milia, qui egressum aliquantu ex eo oppido regem in magi-
nia pompa reducunt, variisq; militaribus ludis presertim eo
quem a ramis appellant, oblectant, ornanturq; precipue armilla
qua quicquid preciosarum rerum habent accuratu deferunt, Assue-
fecerat se ad eam Fridericus artemq; equitandi hispanicam

pter rem paucis communicat, et Palatinum
Fridericum, Prefectum Stabuli Ferdinandi
prefectum Curie quem Magnum Magistrum
appellant, Dnm Rhodiorum et Dnm de Ca-
rbaron quem Vnice diligebat duntaxat secum
ducere decreuit, qui Jussi certa hora adesse, di-
utius cunctati sunt, Solus Palatinus in tempore
mule insidens de more Hispanice gentis aduenit,
Sed nec Regis mula adducebatur qui more impati-
ens et subiratus in aree domus deambulabat
Cui Palatinus Dne ascende mulam meam,
ego tue aduentum prestolabor, Ad quem Rex
respondit, absit inquam, Volo enim Vt tu Dns
sis ne possim agnosci, atqui inquit Palatinus
Volens Regi adimere expectationis tedium
ambo insideamus inquit, tu ante ego retro, pla-
cuit Regi inuentum et ita insidentes huc illuc
per Vicos obequitant et magnatum atria ingre-
diuntur ommiaq circumspectant et presertim
in formosas mulieres, quibus nulla fenestra care-
bat intentos habebant oculos, tandem egre in
forum propter hom multitudinem penetrant
Juxta mare est planities cui prope adstabant tri-
remes Vnde emisse maxime tanto ferebatur Vt
ab imis sedibus ardere mare et reuelli crede-
res, quibus cessantibus accendebatur fusea Vna-
que per funem, ad supradictam stellam de-
cucurrit eamq inflammauit Vnde confestim exilie-
bant immanes fusee que ardentes et ceu tor-
trua tonantes ad centum et amplius passus
euolabant, aduenerant iam tum predicti do-
mini quorum mule fragorem fusearum et ignes
non ferentes incipiunt multis illis hinc et inde

per ligna et lapidum cumulos discurrere et quo
cunq; Volebant dnos rapere, nihilq; timere, pro
pter fusearum strepitum, Multa Vero Palatini Friderici
intrepida manebat donec fusea Vna in caput
illius impegit, quod ferre non Valens mox ce
pit sese circumuertere atq; toties gigare, donec Fridericus
Palatinus qui posteriori sedebat, ab illa labare
tur et oblitus se tenere dnm detraxit illum
secum ad terram Vbi diu se complexi iacentes
pre nimio cachino se erigere nequibant, sed al
ter ab altero scisitabatur num quid mali sen
tiret, licet sentirent nihil, surgentes tandem
et suos oculis requirentes, neminem conspiciunt,
neminem agnoscunt, Quare ignari Viarum quo
diuertant ambigunt, Nox erat, et per multa
Vicorum diuerticula eo deuenerant, Vt ad hos
pitium redire nescirent, Dum ita dubij stant
et quid nam intentent, mussant, aduertit Pa
latinus non procul inde Veluti turriculam
quandam que pinnacula habebat, et inquit, Vi
debo num quis nos intromittere Velit. Inuenit
statim homines qui ianuam aperuerunt, et eos
intromiserunt, quibus pulchre mulieres occurre
unt, et qui nam essent scisatantur, Respondit
Palatinus se Vnum esse de Regis Philippi nece
ssarijs, alterum (Nempe Regem) esse suum
sodalem, sed augusta Regis facies et oris Ma
iestas illis persuaderi non permittebat, sed quis
foret in ementito habitu facile ostendebat Excla
marunt itaq; spatio ferme duarum horarum,
donec alij dm alter post alterum pedes aduenie
unt, narrantq; quid a mulabus discrimis et
periculi passi sint, agebantq; dijs gratias qui se

Rex & Frederius de mula cadunt

Jucundu spectaculum

ab illis liberassent, discurrerent autem ad
huc territe et tanquam furore correpte per
Vrbem neq; capi possent, Contra vero Nar
rat Rex quid sibi et Palatino euenisset,
Vnde ões rursum in risus effusi, et quum
nusq; apparerent mule que primum segue
nti die reperte et reducte sunt, pedibus
propriis in suum quodq; diuersorum redeu
ndum fuit, Adhec facta in gratiam
Regis nobilium mulierum et ciuium Cho
rea que aliquando ad sexaginta munere
auro intertextis indute vestibus conspecte
sunt preter eas que bissino et varij generis
serico pulcherrime adornate visebantur de
aruncq; esse non humanas formas putasses
ducebantur autem choree gentis mauroru
more, quo mulieres vt plurimum sole digitis
concrepentes, nudatisq; brachijs aureis moui
+ ornatis libus vt vel saxa in sui amorem attrahere
possent ad medium ferme noctis, deinde ad
suas quisque edes discedebat cubitum, Ali
quot dies Barcinone moratus Rex per
Girundam episcopalem ciuitatem et per eos
montes vbi Trophea Pompei fuere et adhuc
vestigia visuntur et in extremitate illorum
ad mare aphrodisium id est Veneris phā
conspicitur, Parpigniacum Roscinonum ca
put et limitem hispanie peruenit, Opere pre
cio precium erit si spectacula quedam in ho
norem Regis Philippi in eo oppida edita, na
rrauero que profecto magnificentiam Barci
nonum superarunt, Representabantur varie
ex Veteri et nouo testamento historie, Chri
sti passio et pleraq; alia Paradisus et infernus
mero artificio constructa in quibus minume
re machine ex papiro ita artificiose facte vt

Mos maurorum in chareis

Girunda op.
Trophea pompei

Aphrodisium
Parpignaru op.
Rostmo

intuentes fallerent Verez bombarde crederen,
tur, Paradisus autem et qui in illo erant an,
geli, Infernum oppugnabat, Angeli candidis
Demones vero auro argentoue intertextis bisi,
misq; et sericeis induti erant vestibus, accense
Vero machine maximo sonitu nūmeras euo,
munt machinulas quas fuseas appellant que
plures decem milibus fuisse ferūtur et nulla
erat que fulmen et crepitum horrendum non
ederet ita vt oia ardere celumq; terram et
aera concuti et a sedibus suis commoueri cre,
deres, cessante vero strepitu et dispersio in
nubila fumo, stuporem quendam oīm mentes
occupauit, quum ex tanto apparatu totq; inge,
ntibus machinis, neq; rotarum neq; concepta,
culorum vlle apparerent reliquie, sed omnia
euanuisse viderentur. Adfuit etiam Judas tra,
ditor qui se de fenestra suspendit et mox ful,
mine tactus, totus repente dispariuit, duravit
autem huiusmodi spectaculum ferme quattuor
horas In quo dubium fuit artificium ne an
magnificentiam magis laudes vel admireris
Mansit autem Rex Philippus Parpigniaci
aliquot dies, deinde ad Salsam arcem inex,
pugnabilem Regis Ferdinandi tum nouum
opus tribus inde distantem miliaribus conce,
sit, fontemq; proxima rupe ingentem aquam
emittentem et Strabonī cōmemoratum muisit
ac de illo bibit et indoluit tam cito a maxi ab,
sorberi quum posset latam quampiam regionē
irrigare et humectare,

Harbo

Abhoc loco Narbonam vsq; Gallie vrbem sex
computantur miliaria loca ab hominibus paupe,
ribus habitata et satis inculta propterea quod

in limitibus Vtriusq; regni constituta, primo quoq; bello impetuntur, et ab Vtroq; Rege Incole mox rapiuntur ad triremes et alia belli opera manualia vt mancipia, habent tamen ab Vtroq; Rege factam hanc gratia Vt qui in itinere ad salutandam diuam Virginem in Monte Serrato vel ad persoluendu Votum ad Sanctum Jacobum in Compostella deprehenditur, et qui item eo animo duxit Vxorem immunis remaneat ab hijs oneribus et periculis. Quapropter videres audito de bello rumore plerosq; accingi illico ad has peregrinationes, alios quandoq; Vno die trecentas ducere Vxores, aut fuga si quo modo possunt dilabi, quod illis tamen satis est difficile, agnoscuntur enim facile lingua et Vestitu Gauacheq; appellantur et ad presectos reducuntur durissimeq; ab illis tractantur et nonnunquam in perpetuu ad triremes eligantur,

Gauarre

Mitis Atax inde scaphis transitur et pretiosis aliquod ignobilibus oppidis ad Nitiobrigum celebrem Medicine studijs Vrbem Montempessulanum peruenit Vbi tres dies delitus pulcherrimarum mulierum et Virginum tuba que se personate ostentabant conquiuit, Deinde Veterem Romanorum coloniam Nemausum concessit Vbi amphiteatrum et aqueductus triplici columnarum ordine ad hec antiquitates et inscriptiones Vetustissime si Vsquam alibi innumere cernuntur,

Atax flu.

Monspessulanus

Nemausus

Ex Nemauso Auenionem quondam Ro-
manorum pontificum sedem, venit, urbe,
turribus, mœnibus et pontem super Rho-
danum superbam. Cuius pontis longitudo fer-
me trecentorum passuum est sed latitudo ha-
ud plus minus decem pedum, Raro equis aut
carris permittitur transitus, sed mundissime
conseruatur. Exhibuit autem se magnificum
erga Regem Pontificis legatus qui unus urbi
semper preficitur et custodes habet corporis
Germanos et Italos quia Noctu per pontem
custodie causa in aulam pedibus ire et redire solet.

Auenio op

Relicto Auenione per Arecmicos Valentianos
et Viennam Allobrogum, Lugdunum perue-
nit, Vbi Regem et Reginam Francie, simi-
liter et Friderici fratrem Ludouicum (qui
postea Princeps Elector fuit) a patre in Regis
aulam missum inuenerunt, Hilariter excep-
tus Rex Philippus qui more Hispano equita-
re assueuerat, quodam die a Rege rogatus ut
animi recreandi gratia spectaculum iaculandi
ab equis ederet, quod equidem libenter se factu-
rum pollicitus, Jubetq; statim suos se ad ea ex-
pedire; presertim Palatinum Fridericum qui
eum equitandi et iaculandi morem pre ceteris
studiose didicerat, conceserunteq; in prata ciui-
tati viana, Vbi admonitus Fridericus eursum
a Rege Philippo rem Viriliter agere, in tantu
altitudinem virgulta intorsit ut admiratione

Lugdunum

esset Ludouico Regi diceret, ad astantes Car-
dinales et alios quamplurimos magnates, Ecce
Germanus est qui hec facit, ac si vellet dicere
mirum esse Germanum hominem, morem hu-
nc iaculandi tam adprime scire,

Corripiebatur autem Rex Philippus Lugdun
morbo per duos menses extra Vrbem in quoda Vrbe
Monasterio ad Sonam fluuium, Quapropter
nihil memorabile fiebat nisi quod Rex Ludo-
uicus qualibet hebdomada bis terue egrediebat
ad amenissima illa prata Juxta Vrbem Vbi
Varia exercitamenta et ludorum genera inue-
ntus excogitabat, hij arcus intendebant et ja-
culabant illi saltabant aut cursitabant, no-
nulli lapides grandes proteudebant, nihilq; om-
ttebant quod ad exercendum corpus deme-
damq; Virginum beneuolentiam attineret, ade-
rat enim cum gynecio semper Regina, et ob
idipm nunq; aberat Palatinus Fridericus tum
liberior quia egrotum Dominum obseruare non
tenebatur,

Postq; Rex Philippus conualuit Vale dicto Regi
et Regine actisq; gratijs pro beneficijs contulit
se ad Ducem Sabaudie Philibertum adfinem
suum vt pote qui eius sororem Dnam Margare-
tam duxerat vxorem, a quo honorifice ac li-
berdide tractatus, secessit in Burgundiam et
inde per Suncauiam et Hegoiam ad Oemponte
Vbi patrem Imperatorem Maximilianum

Rex Philippus ad Imperatem venit

cum Coiuge Blanca Maria inuenit, a quo pa„terne et ſumo cum gaudio exceptus honorifice et magno comitatu in oppidum introductus eſt,

Nuptiæ Comitis a Ladrona

Forte per eoſdem dies ſoror Cardinalis Saltzburg„genſis Comiti a Ladrona deſponſata erat, apa„rabanturq; ſumptuoſe nuptiæ quibus p̃ntiã regis

quj aliqñ eã amauerat, magnum accreſum fecit inſtaurataq; ſunt ſpecta„cula diuerſa, haſtis concurſum, Saltationum. Venationumq; Varia genera excogitata et nihil nõ factum quod ad exilarandũ et recreandu longa peregrinatioe feſſu Philippũ Regem Viſum fuit,

Tribus quattuorue diebus in ſumã lętitia emp„onte apud patrem conſumptis Rex Philippus in Inferiorem Germaniam redire accelerat, et ſa„lutato in itinere Stugardie Duce Wirtember„genſi Heydelbergam ad Philippum Comitem

Rex Philip. Heidel: bergã venit

Palatinum Electorem Friderici patrem peruenit, qui illum triumphali honore exceptum et copio„ſa Venatione oblectatum in arcem conduxit et per eos dies quibus apud eum manſit continuo ſpe„ctacula equorum ludi, concertationes, haſtarum concuſſiones, Venationes, factę, quibus Rex Vehementer recreatus eſt,

Quodam die Volens Rex Philippus Palatino, Philippo quid et quantum eius filius Fridericus apud ſe profeciſſet oſtendere, Juſſit illum in„

scendere proprium asturconem quem et ipse
met ephippio et phalaris adornauerat et m
straueràt, erat autem tum ante arcem Juxta Hortus leporū
montes locus altior muris circumseptus quem
leporum hortum appellabant, Vbi nunc est
area et planties, atq; domus Vbi Vasa Vinaria
reconcinnantur, ab eo inq; loco Rex Friderici
equo insidentem vsq; ad arcis portam com
tatus est, Vnde subditis calcaribus quasi Vola
ret currere cepit et euestigio ante aulam ma
iorem substitit equumq; reflectit contorquet
quantum lacerti potuerunt in altum Vt su
pra descriptum est Virgultum quod in feneste
am altioris turris supra portam que nunc de
molita est, impegit, admirantibus oib9 et pre
sertim toto gynetio quod nec equus prolapsus es
set et ita repente sisti reflectiq; potuisset in
area presertim latis et planis lapidibus constra
ta, arridenti autem Palatino Rex inquit, nu
pro Voluntate tua recte institui filium? Cui
Palatinus summas egit gratias, seseq; daturum
operam pollicetur Vt si minus ipse, at Fride
ricus filius demereatur beneficiumq; obsequio
compenset, Vicissim Rex ipse pro exhibito sibi
hospitio et honoribus gratias habuit quas re
ferre cumulatim erga domum palatinam pa
latinosq; omnes pollicetur presertimq; Fride
ricum sibi commendatissimum fore promittit,
et ita ab Heydelberga discedit quem Palatinus
ad Manheimum vsq; ad Rhenum Veterem Manheim
arcem comitatus est, et exhibita ruersum ap
rorum copiosa Venatione, tandem Vltro citroq;
Valedicto dimisit, is in Inferiorem Germaniam
se recepit, quem Fridericus post paucos dies (quib

Heÿdelberge hesit) consecutus est mansitq; ap-
ud illum in quartum vsq; annum, quo bellu
Bauaricum incepit, reuocatusq; est a patre,
cui vt obediens filius paruit, reductusq; est
a Comite Guilhelmo a Remenberg deinde
itineribus quod nemo non erat Palatinus in
gratiam Maximiliani infestus et inimicus
Conductus autem erat a patre dictus Come
vt equitatum copiosum adduceret. Verum su-
pra trecentos equites cogere nequiuit,

Oratio Philippi Co. Pal. ad Frid. filium

Postq; Heÿdelbergam peruenit Fridericus pa-
ter vocato et adsidere iusso ita verba fecit, In-
telligis inquit fili Friderice quo loco res mee
site sint, grauissimo bello vndiq; et vndiq; pre-
mor, Albertus Dux Bauarie fretus Maximili-
ani Regis adfinitate, omnia iura sanguinis vt
sue cupiditati satisfaciat, postponit, et in me
odia inimica molitur. Ille vt florentem domu
mea deprimat, et assurgere non sinat, sibi
datam hanc occasionem gaudet, Sororioq; ad-
haeret et nos inducta causa proscribit, bonaq;
mea spolianda ac diripienda oibo liberum
et impune facit, Dux Wirtembergen felicita-
ti mee inuidens, et rapinarum cupidus oppi-
da mea oppugnat, et iam pleraq; sue ditionis
fecit, neglecto fedeere quo nobis arctissime ob-
stringitur est, et item Hassie Landgrauius vt
Comitatus Catzenelenbogensis parte ad nos
Jure feudorum, vt vocant, deuolutam; retin-
ere hac occasione valeat, Maximo exercitu
meliorem palatinatus portionem ferro et ig-
ne depopulatus est, et Cubas ad Rheum obsi-

Comurati principes cotra Philip. Pala.

Maximil. Alberti Duc Bauarie

Dux Wirtembergen.

Lantgrauius Hassie

dione premit, Alexander Dux Jn Zweÿenbruck cum Comite Lingiaco ferro et igne nos Varÿs in locis persequitur, Ciuitates Jmperiales nihil a no bis lese, ingentes aduersum nos conduxerunt copias, et iam Nuremberga milite circumcinxit Nouum forum, Marchio Brandenburgensis quicquid est hostile, in Norico exercet, Nemo pene est in Jmperio qui non inimico erga nos sit animo, abest filius Ludouicus frater tuus in Gallia, Non seruat federa neq; fidem promissam Gallus, de bita nobis auxilia et suppetias mittere cunctatur, Ad hec mala Veneno frater tuus Dux Robertus Vna cum innocentissima coniuge sublatus est, quo superstite nihil erat pertimescendum nobis, tanq; alter enim Hector murus toti palatinatui erat reliquit tres parvulos filiolos, quorum etati subue niendum est, Ego qui patris officio illis adesse de bercm, graui Vt vides, impedior morbo, Quapro pter Friderice ante alios charissime te ad me Vo cani Vt hijs malis quantum in te est subuenire sata ges, prestes mihi, prestes patrie, prestes fratribus pro Virili omnia, quod tum demum abunde fa cisse interpretabor, si nepotulorum morum tutela suscipias, ego hoc a te parens requiro, hoc exigit pa tria, necessarij et amici qui pauci sunt eadem abs te efflagitant, hoc parvuli nepotes implorant, Effi ce iam quod mihi futurum de te semper persuasi Vt esses mihi in calamitatibus aliqn solatium et senectutis mee baculus, Auspices te nupertime nato predixerunt, fore videlicet te Vnum qui la borantiet periclitati in extremis palatinatui su ppetias et auxilium ferres, subleuare et extollere s Non Vsq; adeo deplorate adhuc sunt res me, si ipsi nobis in tempore, non desumus, habemus Espm

Dux in Zweybruck
Comes de Liningen
Ciuitates Jmpiales

Marchio brandenburg.

Herbipolensem Vnum e tot confederatis constantis
fidei, qui te re et consilio iuuabit, aderit semper
presto quo non melior alter frater tuus Philippus
Trismegen artistes, Sunt integre in Bauaria copie
Centurionesq; fideliss[i]mi quorum opera facile quez
ex re erunt, confities, Ne denega igitur iusta
petenti ei, qui iuste exigere posset,

Hec et alia que ad persuadendum Friderico Vt tute
lam nepotum susciperet eo cordatus Philippus
palatinus diserui[t], quia a Consiliarijs quibus co
miserat Vt animum Friderici super hoc negotio
pertentarent acceperat, illum prorsus abhorre
re multasq; allegare causas cur acceptare merito
recusaret, Ille autem patre audito paululum co
gitabundus substitit, defixis in terram lumini
bus, et mox quasi recepto spiritu assuegens et in
clinato poplite versus patrem sic infit, Tua est cu
ncti[s] nota humanitas charissime pater que tam
benigne et quasi precibus a me exigit quod impe
rare potest, et ego Jure meritissimo iussa facere cu
ncta non deberem, Scio quorsum res tue quo
rundam tum inuidia tum maleuolentia reda
cte sint, que pietatis officia tibi patrie, nepotulis
nostris, patre et matre orbatis, debeam, et grande
nephas imo piaculum existimo, quod petis, Vel ti
bi Vel illis denegare, Ceterum multa cogitanti su
per hac re multa occurrunt, que et cur acceptem
et cur recusem, in ambiguas retrahunt sententias,
porro in suasorio genere a te abunde dictum est.
De dissuasorio vero quia nihil interseruisti, me que
so patienter audi, Sunt tibi pater optime s[i]n[gulis] diu

Oratio Friderici ad patrem

Deum precor q̄ plurimi liberi, sex sumus fratres
et totidem ferme sorores, hos oiēs pro honore et
dignitate tua, domusq̄ meę, alere, elocare, dotare,
graue equidem, necesse tamen, quapropter iam
dudum tibi visum fuit, quo ex parte ab hoc onere
subleuareris Vt ego in obsequium magni alicuius
principis mitterer apud quem diuersa ydiomata
Vrbes et mores hom̄, quibus prudentia paratur
Vt sapientissimi homines credidere, discerem
et viderem, promererq̄ obsequijs, quo me possem
attollere et sine tuo magno impendio mihi cō
nsulere, Ego sedulo hec omnia feci, Linguas
calleo mediocriter, demeruj mihi obsequijs
ditissimum Regem Philippum, qui quo amo
re me prosequatur et quam bene velit vel inde
manifestum, quod multissimus et propemodū
flens a se me dimisit, quod discedentem roga
uit ne se desererem, nam etiam si tibi pater
et palatinatui, quod deus auertat, male succede
ret, Ipē mihi deesse nollet, sed loco filij habitu
rus esset, Quod si oblatam hanc tanti primā
pis, beneuolentiam, fauorem, clementem et
propensum erga me animum negligo, (. quod
tum demum euenet, si hac nepotum tutela
oneratus fuero.) Cogita etiam atq̄ etiam chari
ssime pater, ne hactenus et oleum et operam per
didisse meaq̄ obsequia vana et irrita fuisse dicant,
quibus et si aliud mihil, attamen id consecutus essem,
ne desertus a tanto principe viderer, pluraq̄ ab eo
acciperem quam de tuo patrimonio ad me pertine
re potuit, que res imposterum magno cōmodo et
bono palatinatui et oibus nobis cederet, Sunt mihi
fratres eque adhanc rem ac ego idonei et forsitan
magis, qui si illis huiusmodi commiseris, non ha

bebunt, quemadmodum ego, quo acceptare recu„
sent, Ceterum si stat sententia vt ipe ego potius
hoc oneris subeam, tibi parere clementissime
patre vel mori decretum, Dixi,

Postq̃ hec disseruisset Palatinus Fridericus aliqua„
mdiu suspensum habuit patris et auditorum ani„
mum in variasq̃ sententias itum est, Sed preua„
luere qui dicerent, non esse bonis verbis Regis Phi„
lippi multum confidendum, qui et si per se
forsan non male vellet Friderico, haberet tame
patrem callidissimum Imperatorem qui vt do„
mum Palatinorum attereret, omnia moliretur
Veritus ne aliquando sue officeret, egreq̃ ferret hac
quidem dignitate, Palatinorum vero potentia et
auctoritate prefulgere. Et qui inquiunt bene velle
potest Rex Philippus Friderico, quem vt perdat
magnas equitum tuemas Maximiliano mittit
Excusat se quantum velit quasi denegare patri
non licuisset, quem scit iniuste bellum Palatinis
mouere; qui dabit magnas opes Friderico, qui
illi hoc non dedit, ne se belli socium prebaret ad„
uersus sese, credat alius, certe hoc non credemus,
multaq̃ alia addiderunt que non libet inserere,

Postq̃ igitur sensit Fridericus se rationibus ac sent„
entia et voluntate patris Virgeri parebimus inquit
optime pater tibi tuisq̃ consiliis merito, neq̃ nos di„
utius reluctantes habebis, qui et etate et rerum vsu
que agenda sunt melius vides quam ego iuuenis, di„
scernere possim, desq̃ rogo veniam, quod non con„

festim annuerim, eo a me consilio factum est Vt liberatus imposterum hijs oppriombus, alacrior que cum imponere Volueris, subeam, Impera igitur. deinceps parato & Volenti,

Hactenus Palatinus Fridericus tranquillam et curis Vacuam Vitam egerat, nunc excipit illum erumnosa et sollicitudinibus plena, Mittitur em puerorum principum tutor in Bauariam ad oppidum Landesutum Vbi erant paterne militum satis magne copie ex Germanis et Bohemis collecte quibus stipendia debebantur, nec erat Vnde soluerentur, Thesauri nam ingentes illi et toto orbe diuulgati quos Dux Georgius cognomine diues Ottonis Henrici et phillippi pupillorum auus maternus longo tempore collegerat et in oppido Burghausen in quadam turri repositos habuerat, ferme exhausti inuenebantur, Dubius igitur Fridericus iam quid faceret aut intentaret, a Centurionibo, multisq ducibus quos Capitaneos et militum prefectos Vocant, consilium petit, illi quum non haberent quid consulerent in eius animum Vt dicitur regerunt, Vt deliberaret ipe met et quid faciendum, videret constitueret, Vt enim bellum continuaret pecunia carens, rebantur fieri non posse ita, Vbi suaderetur patriam esse deserendam et hostibus tradendam, adesse nollent, hijs angustijs cernens se comprehensum Fridericus, et in quas suscepta tutela anxietates coniectus esset, secum reuoluens summo de pectore suspiria trahens animo incepit reputare quo modo ex tranquillum statum et quo merito contentus

Thesauri Ducis Georgij

esse potuerat cum erumnosa et curis referta Vita
cõmutasset, Recurrebat illi in mentem Rex
Philippus a quo tantopere dilectus erat et summas
cõmoditates proculdubio consecutus fuisset si im
eius obsequijs perduraſset, innumeraq; alia que
sese adsatim offerebant, reuocquebat et conquere
batur, Sed quid faceret actum erat, et perrum
pendum fuit, colligit igitur sese, et Vt iuuenis pri
nceps, omnia animo Versat Voluit et reuoluit, et
tandem perspicit necessitati parendum, ade
undumq; Imperatorem Maximilianum Vt si
pacem non quiret, saltem inducias ad tempus
impetraret, Cõmunicat fratri Epo Frisingen
rem que non modo non displicuit, Verum etiam
se Comitem profiteur, adeunt igitur Imperato
rem quem ad Athesim Fluuium inuenerunt ob
duratum, neq; in aliquas inducias eum conditiões
Vt intelligebant descendere Volentem, Quem Fri
dericus Palatinus hac oratione allocutus est,

Oratio Friderici ad Max. Imperatorem

Quod intrepide frater hic meus antistes Frisingen
et ego te adierimus Imperator Maximiliane non
mirabere, Intelliges namq; ex orationis serie quod te
qui summum dei nutu in terris tenes Imperium nu
lla in re vnq; leserimus, Imo Vero ret ta ab obsequijs
Serenissimi principis filij tui Philippi Hispaniarum
Regis optimi et clementissimi, Cui autem supplices
Venerimus et fortuna dedit et tu causam prebuisti,
absit queso Verbo inuidia, Tu enim Vt adpmi tuo ma
le si dicere liceret, de te merito, gratificareris, sure,
stum bellum patri nostro tuo principi et Electori
sacri Romani Imperij mansuetissimo si quisq; alius

intuliſti, Juſticiam implorantem indicta cau
ſa condemnaſti, omnes tuas Vires imo locius Im
perij potentiam in Vnum Vt perderes conuertiſti,
fuit tibi fortuna et patrem patriamq; Palatino
rum magnis cladibus adfeciſti multa oppida et
innumeros Vicos agros ferro et igne deuaſtaſti,
et deleuiſti miſerum et innocentem populum
gladio et fame perdidiſti, parce precor Vera di
centi Imperator auguſte, nihil mentior res ipa
clamat, fumant adhuc multis in locis ciuitatum
reliquie, agri deſerti cultoribus tribulis et carduis
conteſti ſunt, Satis hec eſſe deberent profecto
et plusq; ſatis ei qui de ſuma doleret et excandeſce
ret ſibi facta iniuria, que a nobis nulla tibi conti
git, Et Vide queſo clementiſsime Imperator Ma
ximiliane, in quos et quo pro quo diſtringis ferru
quando Vnq; domui auſtriace non fauit ſepe ſuo
magno damno domus palatina. Nome Rodolpho
Palatinus Vt ex muneris Vnum exemplum proſe
ram quia Friderico auſtriaco in Electione Impe
riali ſuffragium ſuum potius dare quam proprio
fratri Ludouico maluerit, ditionibus omnibus ſpo
liatus in Angliam profugere coactus et ibi mort
uus eſt, Quis Sigiſmundum, quis Fridericum,
quis te ipm ad auguſtale ſuſtigium euexit, niſi
Palatini? Quando vnq; ceſſauerunt Palatini tua
domum obſequijs proſequi et beneficijs ſibi deme
reri? Perpende queſo hec diligenter optime Impe
rator et equo animo perfer, ſi in accuſando iunus
Vehementiores, neq; Vllam culpam deprecamur
que certe nulla a nobis comiſsa eſt alioqui liben
ter agnoſceremus et confiteremur, niſi ea que Vi
go et fama iactatur te offenſum fuiſse ob fratrem
Ludouicum in obſequium regis Gallie miſsum

Patrem amicitiam cum eodem Rege iniisse, quod
contra te factum sinistre interpretantur qui no-
bis male volunt, te enim parens et sacrum Ro-
manū Imperium vt ex diplomatibus clarissime
constat, semper exceptum voluit. Et quantum
ad fratrem attinet, potius interpretari ex aurea
Bulla debuisses que principes sanctę admonet vt
filios suos cognitione diuersarum linguarum in-
signes reddere studeant quod in tua aula nec
in patris mei domo fieri poterat vbi preter pau-
cos, oēs germanice loquuntur, qua de causa et ego
ad filium tuum Regem Philippum missus fui,
alia vero causa, nihil enim vt taceam res veg,
et, quam adferunt cur parenti bellum intule-
ris, hęc est, quod mea domus diuitijs et opibus
florens tibi et tuis successoribus formidabilis vi-
sa sit, et hanc te ansam nactum gaudere vt
eam humiliorem redderes et illius opes disper-
geres. Ego equidem de tua Ma^te non possum
mihi vera esse persuadere cum tanta et tam
potens sit domus austrię vt mea quę ei semper de-
ditissima, adhęc fidelitate et Sacramento arcti-
sime deuincta sit, facile potuerit semper suspec-
tem euadere, fidem tamen et coniectucam ex
eo faciunt quod non vsq; adeo ex voluntate tua ti-
bi Consanguineus noster Dux Albertus adsims et
seruus factus sit, qui vtinam non prebuisset nobis
hanc dicendi occasionem. Nimicum etiam cecos,
clarissimos quos bellis appetierunt austriacos principes
Duces Bauarię, quot modis sategerint ne se atto-
llerent, ne domus austrię satis sibi debitos hono-
res consequeretur et hoc Imperij culmen attinge-
ret, plura dicere impedit rei indignitas, tu hęc
oia melius q; nos cognita tenes. Vnum addam

Albertus Dux Bauarię
Maoci. sororē clandestine
duxit

quod tua maxime referre puto, Vt etiam aty, etia
diligenter perpendas quos nunc deprimas et quos
eleues, ne te imposterum facti peniteat, et conti
ngat quod Vulgo dicitur Vt faber quas fecit com
pedes ipse gestet, Et quid amplius restat Impe
ratore Maximiliane, quod a parente meo exi
gas, Thesauri illi qui aduersus Christi nomnis ho
stem Turcam potius expendendi fuerunt euanu
ere, nos supplices habes, pacem petimus, Justi
ciam imploramus, Ego tutor pupillorum, pns
et Voce, Illi in cunis vagiendo, da sessis requie
Da saltem respirandi spatium donec quid aliud
statuas, Tatias rem Deo acceptam tua cleme
ntia qua Vbiq laudaris dignam, et, Vt hactenus,
semper domum meam eo magis tibi deuinaes, Dixi,

Quum peroraſset breuiter hec Palatinus Friderici
cus existimarunt et suspicati sunt plerq Imp
eratorem irritatum magis quam mitigatum, O
oratio huiusmodi Visa esset acrior et audatior q
Vt a supplicibus haberi debuisset. Cetrum prude
ns Imperator qui dicta moto interdum capite
recte perpenderat nihil commotus, se deliberatu
rum respondit, et post dies non multos, pauca de
re locutus inducias concessit, grauatim se facere
simulans quod capta hac occasione fessus bello li
benter admittebat, Quibus acceptis et duranti
bus Laurentius Epus Herbipolensis interfuit
Vt tota causa arbitrio Imperatoris Maximiliani
decidenda committeretur, qui illico comitia ad Colo
niam agrippinam indixit, ad que Ducem Alber
tum Bauarie et Fridericum Palatinum tanqua

Tutorem conuocauit, Anno 1505. Vbi post mu-
ltas controuersias et disputationes hinc et inde
factas, sententia Imperatoris firmebatur, qua
hic apponere. haud opus existimo. Qui autem to-
tum bellum legere volet is inueniet apud Rich-
ardum Bartholmum qui de illo duodecim libros
eleganti carmine conscripsit quos Doctor Spige-
lius doctissimis illustrauit Comentarijs,

Rex Philip. obsidet Arnhem

Durantibus autem Comitijs Rex Philippus be-
llum aduersus Geldrię ducem Carolum gerebat,
et oppidum Arnhem obsidebat, Vnde ad Frideri-
cum scripsit rogans per amicitiam Vt si quot posset
adducere milites, facere ne cunctaretur, is occa-
sionem sibi datam ratus qua beneuolum erga Re-
gem suum animum declararet, Fratrem Ludo-
uicum et quotquot erant principes Comites Bar-
ones et ex prima nobilitate Viros exorauit Vt ad
accelerandam Arnhemi expugnationem Vna
pedites proficiscerentur quoniam maiore appara-
tu ire, tolerabat negotij non patiebatur dese-
derunt igitur per Rhenu nauigio et peruenerunt
Embricam Vbi cerciores facti de soluta obsidione et
Duci Geldrię pace reddita, reuerti Coloniam de-
creuerunt aduerso Rheno, quum vero aliquantu
promouissent, intelligunt ex nautis quod etiam de-
scendendo animaduerterant Rhenum habere
maximos anfractus Vsq; ad oppidum Xanthum
nunc, olim vero Vetera, Vixq; eo die posse illo perue-
nisi quod pedestri itinere Vna hora conficerent,
placuit igitur omnibus Vt militari peditum more
longas hastas in humeris gestantes ad oppidum
proficiscerentur, aliquantum autem progressi et

do Brabantie, Hannonie, et Flandrie nobilitate, in suam militiam attraxit, Verum, quod est penè inauditum, Imperatorem Maximilianu mgenti stipendio, suis auspicijs Vt militaret, illexit, qui quum ad Rhenum, Inferiorem germaniam, regem petituus peruenisset, ad Palatinum Fridericum, qui tum In Nouo foro Vehementer egrotabat, Vt ad se Maguntia Vuormatia Veniret scripsit, habere eum se quedam dicen- nda, que illi et honori et comodo fore putaret, quo accepto nuntio Veluti ex Veterno somno excitatus, et Valetudinis factus immemor, ad Imperatorem conuolauit, à quo hec fuere ferme proposita, Condoleret ei sua Ma.tas de aduersa Valetudine, cuius tamen potissimam causam adscriberet diutino otio, quod non secy otiu. generosa corpora corrumpere solet, quam ex- ugo ferrum, audisset verò nimirum ipe Fri- dericus, quantum esset motum bellum Inter Gallie et Anglie Reges, quorum altero anglo Videlicet, nec ditiorem, nec liberaliorem habe- ret terrarum orbis. Quod si huic militare et eius stipendijs aliquot centurias equitum con- ducere Vellet, consequeretur, Vt morbo, laboribo liberatus, proprio sumptuj parceret, lucrum faceret magnu, honores, et imprimis tanti regis gratiam adipisceretur, Cui Fridericus post acceptum deliberandi spatium, respondit se quidem ad obsequendum sue Ma.ti et Regi Anglie, paratissimum, Ceterum à sua Ma.te Imperiali, id petituros equites, Vt de stipendio illis fidem faceret, quod se facturum tenuit, quum Ipsemet, Vt dicebat, fidem regis pro pro- prio sequi cogeretur, non tamen dubitaret li- beralissimè prestaturum. Verum non est Vi- sum Friderico Palatino, spe precium emere.

et ea incerta, magnos facere sumptus, quare in
castra ad Regem misit, Vt de eius mente cer-
tior redderetur, à quo responsum est, se non
indigere copiosiore milite, quo si opus foret, aut
antea ei indicatu fuisset, à nemine q̃ ab ipo
libentius acceptare malluisse, et imposterum ma-
lle, si Vsus veniret,

Hanica Wesaliæ sepulta

Secutus est autem Fridericus Palatinus, Imp-
eratorem Wesaliam vsq̃ quod est Imperiale op-
pidum ad Rhenum, Mammez prudentissimæ
mulieris, Alexandri Severi matris, reliquiis no-
bile, eò convocaverat Imperator Maximilianus
quattuor Electores principes qui ad Rhenum
dominantur in animo jam tum habens Ca-
rolum nepotem ex filio imperialem dignitatem
promovendi, quod ipse tam studiosè dissimulabat,
Vt apud Electores ferè nihil aliud egerit quam
conquestus fuisse quidem senio admodum confe-
ctum, et morti vicinum, ità domus austriacæ
opes attriuisse, dum Imperio bene consultum
vellet, et multa bella pro illo subiisset immensos
sumptus fecisse Vt ferè ad inopiam redactus
esset, Quare cuperet Vt de Romanorum re-
ge eligendo, et Imperatore futuro cogitarent, se
paratum vel nunc cedere ei, quem ipsi seniori
et ferendis tam grauibus sumptibus
potentem existimarent, adsidenti autem
mensa Friderico Palatino, hæc eadem retulit,
et sæpe repetebat, Cui Fridericus subinde re-
pondebat Sue Ma.ti Deum datuem adhuc
longum viuendi spatium, Vt nunc minime op-
us foret, de alio Imperatore cogitare. Vt pro-
sus peream, inquit Maximilianus, Sed esto.

Astuta Imperatoris interrogatio de futuro Imperatore eligendo

quo quum peruenisset

Imperator autem

tamen

Inter colloquendum varijs de rebus, ad-
denti ad mensam Fri-
derico hæc adiecit

Vt Friderici tentandi gratia ad mensam sedenti hæc dixerit

subdit, tamen aliquandò moriendum mihi,
neq; iam ingraue[scente] senio, differri diu pot-
est, adpone si vis decem Vltrà quos communis mo-
talium meta vix extenditur, et iam preterisse
finge, dic mihi quem vultis ex vobis germanis
mihi sufficere, qui de suis facultatibus, aut vo-
let, aut potuerit, imperiales sumptus sustinere,
quum ab Imperio prorsus nihil, vti nosti, como-
di prouenirat, ego profectò neminem scio. Cui
Fridericus quod meditabatur intelligens, respo-
ndit, at ego inquit in promptu vnum scio, qui et
dignus est, et longè maiora onera ferre potuerit
Quisnam est ille inquit Imperator? Quis mi-
Quis inquam? ità enim solebat verba repetere
quum rem aliquam exactè rescire volebat.
Tum Fridericus, Carolus, inquit, austriacus, Phi-
lippi generosissima proles, tuus nepos, dignus,
cui non solum germaniam hoc quod roma-
num vocant, verum totius orbis Imperiu
comitatus, Volebat plura in laudem Caroli
addere, quum illum toruo vultu, et ardenti
similis, fumentibusq; in collo venis, aspitiens
Imperator, excipit, et inquit, Nunc planè cog-
nosco te, nec mihi, nec Carolo nepoti, nec do-
mui mee bonè velle, sed funditus perditos per-
cupere, si quidem hec ex animo locutus es, at
suasor esse velis, vt Nepos meus in humeros
suos, hoc onus reciperet, sub quo ferè succubui, et
maiores mei ferè perierunt, domumq; nostra
ità ere alieno grauarunt, vt vix sit spes vnq;
exutiendi. Rem preclaram existimas Im-
perialem dignitatem, què ne Imperij quidem
vmbram habet, et prorsus absq; fructu est, sinè
quo nescio, cur vlla optanda dignitas, quam
nec tueri possis, et potius hominem ludibrio

^ annos

F Fridericus dolebat
missi forsan Bauaros
Duce, vel Wilhelmum
Bauarum.

Honor sine fructu nihil

exponit, quam Venerabilem reddat. Quid putas
si maiores mei, et ego contenti ditionibus patri-
monialibus, ad aliud quoduis animum potius
adiecissemus, quam ad hos Imperiales fumos.
an non et opibus et ditionibus longè maioribus
floreremus? Quanti existimas bellum quod nu-
per in Italia, et contra Venetos gessimus, pro
Imperio constitisse, Vt immunera alia tacea?
Quis vel obulum refundit? Quum hec stoma-
chabundus diceret Imperator, tacebat Fride-
ricus, Vt qui intelligebat Imperatorem non ideò
quod Carolum nollet ad Imperiale culmen
promotum, irasci, sed quod Fridericum, se
id moliri animaduertisse intelligebat. Tum
enim sua prodita consilia reputabat sempe: Ma-
ximilianus, quum alius eadem, que ipe, sentiebat:
finito conuiuio, Venerunt ad Fridericum ex pri-
moribus aliquot, qui illum bono animo esse ju-
bebant, neq; offendi debere iracundia Impera-
toris, quam cum verbis ipis mitigatam, et procsò
excussam, paulo post comperiret, quemadmodu
et contigit. Vt posteà dicam diffusius; Nunc ad
Anglum reuertamur, à quo postq; rediit orator Pe-
trus Tatzius Hispanus, et Palatino Friderico
regis responsum retulisset, suum benè cessisse co-
silium animaduertit. Nè tamen inertie coarg-
uereture, paucis, sed selectissimis equitibus comita-
tus, ad Maximilianum in castra regis se contu-
lit, qui ad deditionem coacto Terauano, et Turnaco
belli tedere, immensumq; sumptum, abhorrere ce-
pit, qui singulis diebus Vltra summam septuagin-
ta milium coronatorum excedere creditus est, per
Cardinalem, cui omnem administrationem re-
gni concredebat, de pace cum Gallo agere permi-
sit, quod intelligens Imperator, clanculum ab
exercitu discessit, et in Germaniam rediit. Rex

autem pace confecta, exercitum liberalissimè
donatum dimisit, solum Palatinum Friderici
minorem reliquit, quod ipsum obliuione factum
Vel indè creditur, quod armis elegantissimis ab
Friderico petitis, donatus, nequaq; tam magni-
ficus princeps compensationem pretermisisset,
nisi tenuiora negotia in obliuionem protraxi-
sent, Vti ipsemet Rex, longo post tempore, mihi
Huberto, dixit, et deferendum Principi Fride-
rico Palatino poculum ex solido auro Hungari-
co, Valoris octingentorum ducatorum dedit,
elaturæ fere Valorem superante, Hoc idem
poculum Ipse princeps, postmodum in Comitijs
Augustæ, Anno ætatis 48, dno à Granuella, Ce-
sareæ Matis consiliario primario, dono dedit,
daturus melius si quid preciosius habuisset, De
quo Viro postea multa dicentur. Peruenerat Im-
perator Landam Oppidum, quattuor miliaribo
germanicis, à Spirâ distans, exiguum quidem,
Verum fertilissimo et amenissimo loco situm,
Fridericus autem, et Ludouicus Elector, Spiræ eius
aduentum prestolabantur. Interim moritur
Epus Spirensis Philippus a Rosenberg, In cuius
locum fratrem Georgium Palatinum sumi te-
mpli tum Canonicum, principem summa huma-
nitate preditum, eligi a Capitulo summopere op-
tabant, et precibus ambibant, sed minus se profice-
re animaduertentes, quod principem, Virum graue
episcopatui futurum, rebantur, et Cantorem Phi-
lippum a Flersheim, ea esset apud eos autoritate
Vt prælatum ōibo modis vellent, decreuerunt ad
Maximilianum mittere, et pro intercessione,
suam Matem interpellare, Eligitur ad hoc Fri-
dericus, Is Volens fratri, quem plurimum dilige-
bat, nusq; deesse, sed in omnibo gratificari, tū
quod Capitulum electionem accelerare, Verita

Landavo opp.

Georgius Palat. fit Epus Spiren.

nè, quod contigit, Imperator suas Vices interpo
neret, et insequentem diem eligendi tempus
statutum, intelligeret, hora sexta manè eq
reditur Spiram quattuor equitibus comitatj,
et niue profundissima, erat enim hiems suma,
quippè duodecimus dies februarij, adeo vsq; festi
nauit, vt hora octaua, Landam peruenerit
inuenitq; Imperatorem ientaculum sumente,
et peronatum, vt aucupatum egrederetur, qui
audito Palatinum Fridericum adesse, mox
accersiri iubet, et causam aduentus scisciat;
Friderici Laconica oro ad Maxim. ad quem Fridericus, Clementissime Impera
tor, Lacon orator aduenio, non germanus, q
expostulat negotij celeritas, Creas eligetur no
uus Spirensis Episcopus, ad eam dignitatem fr
atrem nrm Georgium, vt tua intercessione pro
moueas omnes palatini fratres supplicitèr te
Laconica vrsi Imper. rogamus Et Volo inquit Maximilianus Fride
rice, et in tempus adero, laconicaq; hoc ad fra
tres refer, letus responso Fridericus, delibatoq; ta
ntum Jentaculo Spiram reuolat ad fratres, quos
prandentes inuenit, illi suspectum celerem
reditum habentes, summa tristicia afficiuntur, Im
peratorem abisse longius in itinere certiorem
factum existimantes, et ideò redijsse de via, Ve
rum vt intellexerunt rem expeditam, sumo
pere gauisi, et admirati sunt miram celeritate,
quippè intra quattuor horas confectum iter, et
exoratum Imperatorem, stupendum erat, leti
igitur diutius pransi sunt, tantum solliciti de
aduentu Imperatoris, nè aliqua mora inter
ueniret, De qua quum à prandio disputarent,
nunciatur Imperatorem adesse, quem mox
salutatum eunt, et nihil cunctatus, ille sequenti
die, sumo mane, in frequenti Capitulo pro Duce
Georgio Verba facit, et vt eligeretur eodem die
communibus suffragijs, impetrauit, ℔. ✝

Pubertatis annos ingr attingebat Carolus Auste
ig Archidux et finita tutela quam administra
uerat singulari prudentia Wilhelmus a Croÿ
Dñs de Chievres ętas adhuc imbecillis deposce
bat curatores, et Vt darentur Vrgebant, qui tu
nti principis institionem Vni Viro creditam
et comissam, Vel inuidebant, Vel ex re princi
pis non esse existimabant, Eligitur ergo et in
ter alios Fridericus a Maximiliano addubita
nte nemine quin amorem et fide quam Regi
Philippo impenderat in filium deriuaret et con
tinuaret, a rege Vero Anglie floris Comes de Bu
ren, a Ferdinando arragonum rege Joannes
de Loxstta autem principio rebus ipsis sua
beneuolentiam notam fecit Fridericus, Vt ab om
nibus amari coli et obseruari ceperit. Nemo er
at qui ex animo non gauderet, principem Vi
rum et Imperatoribꝰ ac regibus progenitum
summi principis et mox terrarum dñi futu
rꝫ imo contigisse, Deumq opt: Max: ita
res dirigere, Vt sub principe optime instituto
aliquando mundi dns formaretur et coales
ceret. Quocunq faciebat Palatinus iter non se
cus accurrebant ad Visendum homines qua
si deus aliquis aduenisse annunciatum foret
Quodam tempore Ludi militares exercebantꝫ
quibus intererat Fridericus et rem prę ceteris
optime gerebat, nemo spectator fuit qui illi
Victoriam a deo non precaretur, et Vix est
credibile, quantis laudibus, tum matronę pre
clarissimę, tum nobilissimarum Virginum
cętus extolleret, quantisq preconijs Fridericus
celebraretꝫ, oĩbus Palatinus in ore erat, oĩbus
in Votis exoptabatur, Erat Carolo sorore maior
natu nomine Leonora, que contuens Fride
rici florentem etatem, formam statum, fla

Fridericus datꝰ Carolo cum alijs Curator

forma fuderit

Leonora Caroli soror capit² amore Fride.

uos crines, cirro contortos, augustam faciem, cruorum lineamenta, eminentes humeros, la„ ctea colla, os Venerandum, latum et forte pectus, aspiciendo satiari nequibat, ac quo ma„ gis aspiciebat eo magis volebat aspicere, ausca„ tabatur sedulo quę comites Virgines de Fride„ rico dicebant, licet nulla laudando satisfaceret, semper enim minus dicere quam merebatur, ei videbatur, donec Vnus qui Leonoram in

Dns a fiemis fuisse putat²

Fridericum intentos semper habere oculos presensserat et amoris iamdudum igne percita animaduerterat, ausus est sic dicere quasi ad

Oro de laudib⁹ Friderici

astantes et minime intuens Leonoram, Co„ munis inquit est hominum sermo Deum ne„ mini mortalium cuncta tribuere ata, rari„ ssime fieri Vt qui formosus, idem sit et pru„ dens et multa laude disertus si humanitate preditus, pusillanimus erit, si fortis arrogans, si diues superbus, audax temerarius, nobilis elatus et aliorum contemptor, bonus simplex et mutilis, ita depravata natura per primi parentis lapsum mortale genus hom infecit et viciauit, Vt quod detrimus est et maxime do„ lendum plerumq malicia bonitatem ante„ ire multis passis effecit, Vt de paucis dice„ re liceat quod Sappho Lesbia de se apud Ouidiu Ingenio forme damna rependo mee, et idem ferme de Ithacensi Vlysse †, et alibi Ingenio magnus Corpore parvus erat. Ille felix est qui minimis nature vicijs vegetus Miraculu est et obstupendum igitur de hoc Palatino Fri„ derico qui cunctis virtutibus vsq adeo excellit Vt in hunc natura non quidem illa viciata Verum Deus ipse quicquid bom habebat, effudi„ sse videatur, De forme prestantia non est.

† Non formosus erat sed erat facundus Vlysses

Virtutes Friderici

opus Vt multa dicam Vos Videtis Venerem illā celestem nihil in ea neglexisse, Charites de cori Vix quicq̃ addere potuisse, Verum exte rna sunt hęc fluxa et peritura tpe, Quod si interna illa et immortalia que ei adsunt aspicere posſetis, deprehendetis esse gemmas precio sissimas auro inclusas, quod etsi per se pluri mi fiat et estimetur, accessione tamen gemę de Valore suo multum perdit, non aspicitur et sine honore manet, nisi quantum lapi llus precios⁹ illi concedit, sic intuetur, lau datur admiratur, Itidem de Friderico di cere posſum si eius animi dotes, quas cogni tas et perspectas ferme omnes habeo, cum hac forma, que non posset esse excellentior, con ferantur, hanc humanam illas diuinas mox diiudicaretis, et Vt de prudentia imprimis dicam quis illo in consilijs cautior, in sua dendo que honesta et Vtilia, et contra in disuadendo que a bono et equo discrepare Videntur et Versutior preteritorum diligen ter meminit, presentia agit constanter, futu ra prequidet et cauet, hac Vna in re a Germa norum natura contrarius, qui tantum de presentibꝰ consultare solent, Quum sit oim quos terra sustinet humanissimus et boris artibus instructissimus, animosissimus, et magnanimus est, Nouerunt aliquot Ver quid ei nuper acciderit ab hijs hominibus qui ideo se nobiles existimant quia bonarum ar tium nihil didicere, oblectatur Fridericus cum alijs scientijs tum Musica Vt qui sciat ser ſus exactos et scitos ab ea peti et hominem mi litie studiosum imprimis decere, Illi igitur

Suum laudes fride.

Prudens fride.

Natura Germanorū de pntibus tantū cogitare

Contentio de musica

quum audirent Fridericum et ab hac scientia
laudari et aliud nihil haberent quod repre-
henderent, dicere ceperunt, artem huius mo-
di hominem effeminare et vix vnq̃ virum
ei scientię deditum qui cordatq̃ et animosus
esset, Quod vt renunciatum est Friderico,
Joanni Marchioni Brandenburgen, Dño a
Correreijs, Dño a siemnis et Moniardin et ali
quot aljs musicę studiosis, se spretos intelligen-
tes rem ad Carolum detulerunt non impu-
ne se id latueros adfirmantes, sed gladijs ni-
juriam vindicaturos fecissentq̃ ni interueni-
ens Archidux Carolus potius ludo militari
rem concordandam respondisset, constituissetq̃
diem quo pedes armati decernerent, Arman-
tur statuto die toto corpore vsq̃ ferè ad genua,
arma sunt hasta coronata et gladius non acu-
tus neq̃ scindens sed satis ponderosus, In me-
dio aulę iugum exigitur altum quattuor vel
quinq̃ pedes ne possint corpore concurrere vel
ad manus deuenire, et lex est vt de superiore
parte tantum et non de inferiore sese petant,
et ne quis iugum transiliat vel desultet, ea-
dem lege prohibetur qui refugit ictus vel verbe-
ra inecs et victq̃ habetur qui plures hastas aut
gladios verberando aduersarium rumpit, nec
aduersarium fugit, is victor et industrius re-
putatur, et a virginibq̃ serto vel alio quopiam
munere donatur, hoc modo armati in certa-
men descenderunt, hinc et hinc tres quorum
precipuus erat Munckenual qui postea Vicerex
Neapolitanus fuit, Vincuntur statim musices
calumniatores, nec fuit qui palatim ictus ferre
posset, nam deuitantes quoties vibraret ensem,

victi in certamine musices calumniatores

retrocedebant denudauit Vno ictu Palatinus Mu-
nckeualli sinistrum brachium, de quo conque-
rebatur ille, et preter leges factum capitq; fe-
riendum clamabat, quem torue aspiciens Pala-
tinus, cur igitur illud feriendum non prebes, sed
refugis inquit, et hec dicens, illum ad tempora
tanto impetu percussit Vt caligarent illi oculi
et magis retrocedere incepit, quare Palatinus
inclinato poplite subsilire iugum Voluit, sed in-
teruenit Carolus, et prelium diremit, alioqui no
sine graui periculo Vix euasisset, operepretium fuit
exutis armis Videre Munckeual cum suis socijs
luentibus oculis, gemis ac labris tumentibus, Vt mo-
nstrum potius quam homo crederetur, et ab oib9
derideretur, ab eo autem tempore nemo fuit in
aula qui Vel musicos, Vel musicen vituperare, Vel Ve-
cordem dicere ausus fuerit, propterea quisq; pala-
tinum elatiore animo, Vel magis temerario Vidit
sed placido, et quo esse semper solet, blando ac miti Vi-
ltu fuit, etiam erga eos qui se offenderant, licet impo-
sterum quo ad Vixit Munckeual illi nunq; bene Vo-
luerit. Porro Vt de diuitijs dicam, licet a patre afflu- liberalitas laudo
enter accipiat, eum tamen modum et temperantia
in omnibus adhibet Vt superbie nè minimum quide
suspitionis relinquat, liberalis est non prodigus,
fortis non audax Vel temerarius, In periculis
adeundis cautus non preceps, De nobilitate illig Antiquitas & nobilitas
prestat silere, quam pauca dicere, Multos annos Palatinorum
repetitur Palatinorum origo, antè Christum na-
tum à Baioarie regib9 et continuata est ducatq;
in hunc V/q; diem, Imperatorum et ducum
longo ordine, In ea dignitate que proxime re-
ges sequitur, Quum de mea austriaca supra du- N.
centos quinquagmta annos Vix quicq; reperies,
atq; eos tantum Habspurgi comites, et si licet

Domus Austrie per Palatinos creuit

Vera fateri quicquid splendoris augmenti et amplitudinis habemus, palatinis debemus, qui summo ergà nos amore deuincti, nos potius, quam se, et et suam domum, auctos et honoratos voluerunt et vt de multis vnum exemplum ponam, Non nè Rudolphus Palatinus quia maluit In Electione Imperatoria austriium Fridericum suo suffragio promouere, quam proprium fratrem Ludouicum, terris omnibus pulsus, et in exilium actus est, et ab eo tempore oia fecerunt Palatini, quo mra domus attolleretur, erigeretur et eueheretur. Qui interim à nobis nihil nisi damna, et incomoda recipiunt. Spero autem nunc aduenisse tempus vt quicquid pretermissum, beneficijs in hunc Fridericum Palatinum conlatis abundè compenseture, Quod tum demum factum existimabo, si ex filiabus mrís aliqua in matrimonium detur vnde auctior et nobilior mra domus euadat, et habeamus, etiam de sanguine mro Comites Palatinos. Hec et alia plerà, quum diceret in laudem Fridrici Palatini quisquis ille Vir fuit, audiebat Vtuti attonita Leonora, et quum maximè dissimulare cupiebat amorem, hoc sermone accensa, magis atq, magis demonstrabat, et manifestabat tunc dicendo, iam Fridericus Palatinus resumit Lanceam, nunc reponit, nunc hoc nunc illud facit, est ei aliquid renunciatum, de galea aliquid factum est, dant illi fortiorem lanceam, Videte quam agiliter illam ferit, quam benè aduersarium ferit, quomodo lancea frusta in altum euolarunt, hec et innumera alia quum diceret Leonora, Nemo aderat qui illam deperire Palatinum non animaduerteret, Addebant confidiè nunc hec nunc illa Comites, neq, cessabat quum perspicerent se summam inire gratiam, quo

potui, te sublevaui, finita tutela, qui meam tui
curam haberent additos Curatores Vehementer
gauisus sum, et libenter admisi, atq; Vtinam di-
utius ferre et pati posem, Sed cur nequeam
fides et deuotio qua tibi obstrictus sum, me im-
pediunt, Proficiscere nunc in Hispaniarum
regna, que multa et ampla sunt, feris habitata
gentibus, et bona ex parte malè Christianis, hinc
barbaris, inde gallis cotidiè vexata et subiecta
illorum incursionibus, magnam horum occupat
portionem Lusitani, qui nunc Portugalenses ap-
pellantur, hactenus Castellę regibus admodu
infensi, quorum reges pater et filius, celibem
nunc ducunt vitam, hos si tibi amicos reddi-
deris, nihil melius aut consultius vnq; feceris,
paratam autem et promptam habes viam, si
per sorores adfinitatem illorum tibi conciliare
eis, quod illos imprimis optare, et percupere certò
scio, sed nè id prestare possis, Vereor nè maxi-
mum habiturus sis obstaculum, quod reuelare
minimus tibi cogor (deos testes adhibens.)
Est in aula tua Fridericus Comes Palatinus,
princeps tibi deditissimus, et alias beneuolentissi-
mus, nisi sororem tuam Leonoram amore adeò
feruenti sibi deuinxisset, vt timendum, nè sa-
cile dissolui possit, atq; Vtinam ijs vinculis non
esset Leonora irretita, que relaxari Christiana
religio vetat, Varius est de ea re rumor, nolo in
hac parte mihi soli fidem adhibeas, nullus erit
in tua aula qui super hac re interrogatus, longe pl-
ura non sit dicturus, Verum compendio omnia
rescire potes, modo redditę sunt Leonore à Fri-
derico lręe quas in sinu suo recondidit et fouet,
re dissimulata adi cito eam, et colludens ma-

num in ſinum illius mittere, et epiſtolam capere, ea
ōm et ſingulorum tibi teſtis erit locupletiſſima,
paret Carolus et gineticum ingreditur, aſpicit
ſororem cogitabundam, Vt quę erat legende ep„
iſtolę cupida, et quia locus non erat more im„
patiens, aſsurgit tamen fratri, et de more re„
uerentiam exhibet, Ille Vt valeret interrogat,
que quum reſpondiſset ſatis ex ſententia, et qu„
aritum ad corporis bonam diſpoſitionem attine„
ret, Video inquit Carolus quandoquidem turgi„
dora tibi ſiunt Vbera, et ſimul mittit illi in
ſinum manum, quaſi ea attrectaturus, epiſtolamq̄
ibi latentem apprehendit, quam retenta Vt forti„
ſsimè potuit manu Leonora rubore perfuſa re„
cipere conata eſt, ſed prevaluit Carolus, atq̄ abi„
ens, Videbo inquit quas res geras, et mox ad Dm̄
de Chimis ſe recipit, epiſtolamq̄ perlegunt, et Vt
ſolent qui aderant maleuoli et perturbati oia
in ſiniſtram partem interpretantur, hic dicere
fridericum nimia libertate Vſum erga regis ſoro„
rem, alter Verendum nè conuentum et conſenſum
ſit inter eos in matrimonium, et tentare iam Vt
abduceret illam clanculum, Cur enim Leonore
proponit maris pericula? cur terret territam?
cur diſiunctionis tedia illi perſcribit, cur illi
inuiſam reddere conatur Hiſpaniam, et Hiſ„
panorum matrimonia, niſi Vt amorem hu„
ius patrię inculcet, Vtq̄ remaneat, et potius ſe
ſequatur, illi in animum inducat, Maximum
et Vix expiabile tentaſse facinus, palatinum fue„
re qui clamarent potius quam dicerent, alij per„
dendum, alij in carceres detrudendum, non„
nulli abducendum in Hiſpaniam, ibiq̄ extrà

Caroly Friderici vptam apprehendit

hom̃ conspectum relegandam, Stabat Rex
Carolus buxo pallidior fremens fẽdensq;, alta
men quantum poterat dissimulans, contmensq;
sese nè quid se indignum in tam graui causa
efflueret, et tandem adsumptis secum dno de
Chiueris et Mingeual, in secretius conclaue se con
iecit, et quid de Friderico agendum consultat, Too
Rumor interim per aulam statim dispergi varij sermones de Friderico
tur, qui maiora plerunq; Vero oia reddere so
let, Palatinum ad supplicium mox raptum
iri submurmurans, deprehensas leras in sinu
Leonore certissimas testes et apertè contmentes
inter eam et Palatinum conuenisse de matri
monio et clanculam discessionem à fratre pa
rauisse Nauem à Friderico ad eam abducen
dam in Galliam instructam fuisse, alij non
maxi sed terra in Germaniam equis dispos
tis abire Voluisse et nauem dissimulationis
fuge pretextum fuisse, ~~iam omnes~~ malè loqui de
Friderico, exprobrare illi beneuolentiam Impe
ratoris Maximiliani, obÿcere beneficia Caroli
qui illi multos detulisset honores, amasset, Volu
isset habere in Hispaniam comitem, nihil mi
nus Fridericum facere debuisse quam sibi non
conuenientes amores conciliasse, Regum non
Comitum nuptias Leonore decere, ~~Vix Vllus~~
~~reperiebatur qui Fridericum comitis non in~~
~~cesseret~~, ~~paucis~~ to Carolo ictato et consciis blan
dici cupientes, ~~paucis~~ quia plerunq; fit Vt ex
istimatio bona, prima oim deserat infelices,
dÿ boni qui populi tunc rumores quam dissone
multiplicesq; sententie de Friderico, Vt nihil
sit mentitum qui dixit, eam esse aduersę for
tunę sarcinam Vltimam quod dum miseris aliquod

to
Ceteri boni omnes, audeq;
pars sincerior & maior
condolere mysti merce-
ro morteq; Chiueris &
Blanckeual minitari
& illorū inuidia accu-
sare, nonulli autem

to
fortuna grauiu gladiatorū ea dum non possit inuasisse si fridericū nouis pleriq; rumoribus ~~sperabant~~
rim ~~transfossū~~, quia de re fridericus ortior sacris amore eius comitatus ingressum
aulam Vti mera solitudo et vix in tronum ~~fris~~ a ianitore ad solitam fenestram
accedit, Leonora prospectans et nihil periculi subesse dicens Vt in gradetur suadet
Ille nō ultrum respondens bona necessaria precatur et manū gladium gestans domū
redit, obuium quenq; ~~exp~~ perlium habens et veritus, ne à Carolo missus sicarius
foret, Sed nihil tale accidit, puto enim in terrore fer Verba promittia
Carolum. Rumor

Aulę mores

crimen adfigitur, quę perfecunt, meruisse credu„
ntur, qui ab omnibus amabatur, celebrabatur ex„
tollebatur Fridericus, In momento fit omnibus multis fit
exosus, inuisus, abiectissimus, Diuersorium eius
ad quod tempore prandij et cenę turba omnis
generis hom̃, ceu examen apum, aduolitare co„
tidie solebat, desolatū et desertū videbatur, so„
litudo erat Vbiq; cuersitantes illius famulos, ne„
mo adloquitur, omnes fugiunt, auersantur, Ipe
Verò per Vnum atq; alterum, de aulę tumultibus
certior factus, domi, ceu stupidus amens amore
et inops consilij sedebat, et ad tam constantem
rumorem perterritus, penè se admisisse credebat,
quod nè cogitarat quidem Repetit literarum sua„
rum verba, et syllabas, examinat, perpendit,
trutinat, nunc se damnat, nunc se absoluit quod
plus, quod minus, scripserit, timor fugam suadet,
reuocat innocentia, reprimit amor et confirmat,
et pro Leonora tantum sollicitum reddit, de
se ipso nihil curat, et exclamat, ego te miseran„
da peremi, sum tibi causa mali, Vtinam te nu„
nq̃ vidissem, quid mori cunctor mortalium
impiissimus, qui tam imprudenter amaui, et in„
numeras huiusmodi effundit ore querelas, quas
mille semper habent amantes, in aduersis amo„
rum suorum casibus. Adstant iuuenes consij
et amoris adprobatores et suasores, attonti et ma„
gis muti quam pisces, nisi quod fugam consule„
bant rem et periculum presens considerantes
de futuro securi, modò in Germaniam rediisset,
solus senex ille bonus magister curię, qui semper
hos amores suspectos habuerat et Friderico qu„
artum in se fuerat, continuò dissuaserat, pro„
spexeratq; iamdudum animo hos euentus, toruo

intuens Vultu, facessite huc inquit pessimi adu-
latores, turba molesta et principum sanguisuge,
nobiles, quo nomine solo Vos sapere existimantes
celiquos omnes, non homines, sed truncos esse Vu-
ltis, dum hic sericeam Vestem, ille equos, tercius
pecuniam à principe emungit, pessima quèq, et
illi damnosissima interdum summis laudibus
euehentes, et attendentes duntaxat cupiditatib9
illius, in oib9 satagentes indulgere, cur non hec
prius cogitabatis dum principi optimo, nunc hac
nunc illam Vestem conuenire, nunc hunc colorem
decere, illo oblectari Leonoram falsò commiscere
mmi, tibias, cruca, crines exornandos hoc et ta-
li modo suadentes, ad sumptus faciendos paratis-
ssimi, ad dissoluendum es alienum nusq, apparen-
tes. Si quis Vero animi bona et Virtutem, sed tanda
proponeret, hunc delirum et amentem senem
Vociferabatis, sed de hijs alias, et ad Fridericum
conuersus Nihil in te dictum Fridericè existi-
ma, nouit animi tui probitatem et ingenuitate,
ad optima queq, et summa propensam, nisi te in
has pestes incidere contigisset, que te in presentes
erumnas, suis adulationibus coniecerunt, quib9
nimium faciles aures prebuisti, habent hoc ge-
mani principes mali, Vt suos filios non optimo aut
prudentissimo, sed nobilissimo comisisse, sapienter
et rectè factum existimant, parum perpenden-
tes potius fieri debere, quemadmodum in naui
Vbi gubernaculum peritissimo etiam si infunè co-
ditionis, non imaginibus fulgenti, regendum tra-
ditur. Sed nunc exprobrandi locus non est, Tu
fortem et presentem adsume animum, Vide etia
atq, etiam, nè te quisq, tristem et abiectum conspi-
ciat Si ad Leonoram scripsisse redarguere, no

Nō^{ti} principes

Error & malū principū
Germ. in institutione libe
rorū

semel id factum respondeat. Vt solent iuuenes non
dolosè non fraudulenter ignorare te quid in leis
tuis accusetur, cur ob simplices leas tantum
tumultuetur, tibi summam fieri iniuriam ab
hijs qui tua verba malicioſè interpretantur,
requiri maius artificium ad abducendam ta
nobilem puellam quam vt leis expediatur te
non ignorare quo in loco ſis, in Insula nempe
Vrbiq; ingenti pelago circumſepta, cuius adi-
tus et exitus vbiq; diligentiſsime obſeruantur,
nihil tam imprudenter à te ſcriptum ſit quod
non poſsis in meliorem tua prudentia partem
interpretari. Hijs acquieuit Fridericus reſumpto
paululum animo exitum tragediæ expectabat;
ab alia parte Leonora in Cubiculum regreſſa to-
ta in lachrimas effunditur magis de Friderico
quam de ſe anxia conſolabatur tamen vtcunq;
à Virginibus quarum manibus et brachijs colla-
pſuca, etiam ſuſtentabatur. Superueniens autem
Dns à Chiuris, inquit ad illam, Non eſt Leo-
nora quod te ita adflicteris, et ſi enim grauiſ-
ſime ferat frater Carolus et præter Virgina-
lem pudicitiam factum putet quod à principe
iuuene leas acceperis et te amoribus implicueris,
facilè tamen iuuenili etati condonabit, ſi mi-
hi ſaltem confeſſa fueris num vinculis matri-
monij Fridericus te adſtrinxerit, an ſoluta
et libera adhuc ſis, an te hinc abducere volue-
rit, hæc mihi ingenuè confiteaxis oportet, et
nihil reticeas, ad que oculos lacrijmis graua-
tos eleuans Leonora, Quid me de hijs inquit
interrogas Dne de Chiuris, de quibus mihi vn-
quam cogitaui, et Palatino nunq; veniſse in
mentem tam certo credo, vt iurata adſerere

non dubitarem Si mihil aliud habetis, quo me
et illum accusetis, maxima nobis fit iniuria,
et nullam deprecor condonationem. libenter
hęc inquit Chiuris audio, et paucis adiectis
ad consolationem illius, rediit ad Carolum, bonoq;
loco rem esse renunciat, mihil quod timebatur, le-
onoram admisisse, et Fridericum etiam mox
adijt, Cui ad longum de leis inuentis refert,
et rem Vehementer aggrauat, Carolum supra
modum iratum, et vix contineri posse negra-
uius in se animaduertat, prudentiorem se exi-
stimasse eum fuisse, quam quod sperare, taceret
tentasse, Leonore matrimonium debuerit, que
reseruaretur magno cuipiam regi coniungenda,
Palatinos non eos esse, Vt adfinitas eorum esset
Carolo expetenda, maioribus suis olim, et etia-
nunc hodiè auo Maximiliano, subditi pare-
rent, non bene conuenire clientum cum dns
adfinitates, pene enim hoc modo fieri Vt subdi-
torum et dnorum exequetur potestas, eleuetur
illorum humilitas, horum autem riminuatur
auctoritas et maiestas scilm se debuisse quęrere
matrimonia, si quidem vxorem ducere vellet, no
regij sanguins ambisse connubia, Videret etiam
atq; etiam quid egisset, et in quas angustias se
coniecisset, gratias merito deo debere, et sibi qui
nè Carolus pro iracundia ad exigendas de ta-
nto crimine penas confestim proruperit, sed
in deliberationem retraxerit, autor esset, Ad
tam superbam orationem paucis respondit
Fridericus, se mihil comisisse cur merito deberet
irasci Carolus, nedum de se penas sumere. Quod
leas ad Leonoram dedisset, mihil exempli noui,
hoc fieret cotidiè ab adolescentibus, ad puellas in

quarum obsequium honestissimum sese tradidi,
sent, Vt Vulgo loquuntur, si non amare Leo,
noram at illi seruire et bene Voluisse licuit, ni,
hil tecti cum ea egisset, sed aptè et palam oia,
At inquit D: a Chiuris tuę lrę aliud sonant, ne,
mpè te eam abducere clam, aut saltem in tua
Verba iurare, tibiq; matrimonium promittere
Voluisse persuadere, Siquidem inquit meę litterę
hoc continent, remotis male uolis interpretibo
nullam deprecor penam, ostendantur saltę
mihi queso, ne indicta causa condemner, Quid
opus inquit Chiuris ostensione, tua est manus,
recentes sunt lrę, neq; tam hæbetis es memorię,
quin facile oīm quę scripseris recordari possis,
Tantum nunc tibi dico, Regem Carolum Vt
se comiteris in Hispaniam nolle, neq; Velle ope,
ra, aut obsequijs tuis imposterum Vti, Tu Videris,
et amarulenter subridens abijt, Fridericumq;
insalutatum dimisit, Erat eo tempore mau,
Principissa Aramię la Regis Caroli Aramę princeps, mulier pruden,
tissia et magna auctoritate, cui interdum serę,
tiora etiam Consilia cōmunicabantur, Hęc Vt
intellexit quę maleuoli et inuidi hoies Carolo
persuadere conabantur, Vt in Fridericum seueri,
ssimè animaduerteret, Regiam adit Ma: tem,
Vbi Drīs à Chiuris et Munceuallis aderant, tri,
sticiam Vultu simulantes, præ leticia Verò corde
subsilientes, atq; in hęc ferme Verba prorupit, Quid
Principis Aramię prudens ad Carolū Oratio agitur Serenissime Rex Carole, quid audio
te moliri, Vis eo noie Fridericum Palatinum
principem de te, Carole, et parentibus tuis optime
meritum, perdere, quod sororem tuam ama,
rit, atq; tam precipiti consilio id facere cona,
ris, Vt non suppetat ad deliberandum tempus,

an primum de huiusmodi amoribus certior es factus,
quos nemo per biennium ignorauit et de hijs in
triuijs pueri puellæ cantillant Si non placue
runt, cur principio non obuiasti, cur non prohi
buisti Q. nefas est admissum si iuuenis princeps
ex ea stirpe progenitus, qua sub celo non est Vel
antiquior Vel generosior, Leonoram honesto
amore amauit, An ignoras in quam nassam te
ipm conijcies si que dicuntur de Friderico, Ville
uordam in carceres mittendo, tuum decretum
est, non sunt tam accisæ adhuc res Palatinorū
quin si feceris Vel durius de Friderico aliquid
statueris, ipi Vlciscantur, et preter omne exem
plum erit, propter amorem Vnius puellæ, qua
ntum Vis generosa stirpe procreatæ, principem
Virum, qui tibi, qui patri, et auo tuo Maxmi
liano longo tempore fidelissima et quamplu
rima prestitit obsequia, perdere Volueris, Quid
principes germaniæ de te futurum existimabut,
quæ nondum decimum quintum annum ege
essus, ob leuiculas amores et parua offensione, tam
crudeliter seuias? an non interuertes prorsū
aui Maxmiliani consilia, qui nunc omnem
mouet lapidem et clarissimum quēq; molituret
excogitat, Vt quia sentit se ad celestes Vocari nu
ptias, te per hunc Fridericum et eius fratrem
principem Electorem primarium, in suum lo
cum hoc est in Regiam et imperialem subli
mitatem constituat, et elegi faciat, et procuret,
Bene hec oia perpende et cogita num aperta
rus sis regi gallorum amplissimam ianuam
qua illi ad imperium aditus pateat, et te ex
cludet, hoc iam olim conatur, hanc sibi data

ansam sumopere gaudebit, aut nihil sapio aut
Vos non prudenter agere mihi Videmini, Hęc
ego pro mea in te Carole observantia et amore
dico, Tu Videris, Ille pauca Dnō de Chiuris in
aurem locutus, secessit, Chiuris autem manum
dręę Arcangię apprehendens seorsum ad parietē
duxit et ibi inclinato paululum capite ita infit,
Rex animo libentique de Friderico disseruisti
audiuit, et a te, Vt bene sibi Volenti, dicta inter
pretatur, et quum alia multa tuę fidei et tuæ
tucmitati cōmittit, et quę nunc molitur retiocre
non Vult, Dissoluendus est amor inter Fridericum
et Leonoram, duabus de causis, proficiscimur pri
mo Vento in Hispaniam, Vbi nobis regum portu
gallię patris et filij opus est amicitia, et ea que sic
missima esse solet adfinitate conciliata, patri Le
onoram, filio Elisabetum matrimonio coniun
gere molimur, Est autem pater senex gibbosus
distortis cruribus et pene monstro similis, huic
nubere nunq; Volet Leonora prīte Friderico prin
cipe pulcherrimo, Ille si resciverit eam amoribus
adulescentis irretitam, ducere recusabit, Quapro
pter separandi sunt et ita separandi Vt neutri
spes Vltra relinquatur, et resciant omnes, nunq;
eos coituros matrimonio, Alia causa est hęc, Mo
litur Imperator Maximilianus, Vt dixisti, Cato
lum ad Imperialem dignitatem proueherę que
apud Germanos Venalis est, et maximo consta
bit, presertim apud Palatinum propter nup
crcmum bellum, quod resarcitum Volet et sa
tisfieri sibi Friderici de obsequijs Regi Philippo de
inde nobis prestitis Volet, Modo nihil exigere
audebit quod putabit, omne meritum hac of
fensa periisse, et omnia excogitabit et faciet,

Rex Portugallie defor:
mis

quo ẽdire in gratiam, et beneuolentiam Caroli re-
cuperare posſit, Illa ad hec nihil respondit nisi
quod postea cogitabunda apud se solam sepe in-
gulciebat, O aula O mores, Quodam autem
die casu Venit Vbi erat Fridericus ad quem
misit, Video te solito tristiorem et causam scio,
Sed nihil te moueat, si consilio meo Vti Volueris
Jnuenies alium si te hic fastidit Alexis, In Ga-
llia magnum te faciam et Vxorem generosissimã
ditissimamq; ex Regio stemate, compliabo, et
si Vis stipendium te dignum mox a regemipe-
trabo, hic nihil consequeris, Respondit Fride-
ricus Jmpẽsentiarum de se nihil statuere posse se
enim consiliorum oĩm inopem, reuiseret eam
aliquando et super hijs latius colloqueretur.

Consiliũ principis Arangiæ Frid. datũ

Jnterim spirare incipiebat Aquilo, et perendinã
nauigationem ediciunt Nautæ, ipse Rex Carolꝰ
siue aliquid rescierat de hijs que de Gallia prin-
ceps Arangiæ cum Friderico egerat siue quod Ve-
rius existimo, perpenderet Fridericum non qui-
eturum, et opus habere à magno aliquo prin-
cipe stipendio, remittit ad illum Dnum de Ch-
iuris, illiq; dici iussit, Sequidem ipm dimittere,
hoc tamen ab eo exigere, ne intra animum in
obsequium alicuius principis se daret, hoc pro-
misit statim Fridericus, partim, Vt ita libera-
retur, partim quia inde aliquam spem sibi da-
ri existimabat, Vt aliquando in aulam reuocare-
tur, et non prorsus amoribus suis priuaretur,
sed Vt reuideret corpus amatum, aliquando fa-
cultas fieret, non tamen nimium confidebat
aulicis astucijs, et sibi insidijs in itinere me-
tuebat, Quapropter premisit quam maximè

potuit clanculum familiam et impedimenta
sua Coloniam agrippinam iussitq; ibidem se
expectari, Ipse post biduum nocte conscen„
sa scapha ad oppidum bergas in sabulo per„
uenit, Vnde equis dispositis sine intermissione
duobus famulis comitatus per Antuerpiam Dieſt
hasselt et Stockheim equitans, ad arcem Com„
tis à Remenberg cis Mosam in ditione Ju„
liacensi contendit, Vbi aliquot Germanos Co„
mites repperit, qui eius aduentu eo magis exhi„
larati sunt, quo magis insperatus aduenerat,
diuulgauerat enim iam tum fama, eum Vel ca„
ptum Vel abductum, nescirebus quo, Leti igitur
eam noctem transegerunt, sequenti die Colo„
niam ad suos, deindè ad fratrem Heÿdel„
bergam maturauit, Rex autem Carolus
prosperum nactus Ventum à Mittelburgo sol„
uit, et paucis diebus in Hispaniam appulit, Vbi
Leonora non multò post Regi Portugallie
in matrimonium tradebatur facilè Friderici
oblita Videns eius Regis diuitias, immensas et op„
es incredibiles, actq; ita Friderici Palatini et
Leonorę amores tristem hunc habuerant exitum,

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRIN„
„CIPIS. FRIDERICI CO: PAL: RHE„
NI. DVCIS BAVAR: SAC: RO:
IMPER: ARCIDAPIFE„
RI ET PRIN: ELEC:
LIBER
quartus.

Commoratus aliquandiu apud fratrem Electo-
rem Heydelbergę, Dux Fridericus, contulerunt
inter sese de ditionibus paternis diuidendis, quia
iam stipendium non habebat, quo se suamq; al-
eret familiam, et quo minus dum quereret ob-
stabat prestita fides. Quare quantum poterat fr-
atrem vrgebat, communi diuidendo. Ceterum re
per se, et consiliarios, diligenter perpensa, Visum
est potius, tum quia ambo celibes, tum quia grauate
rē alieno ditiones Palatinę pluremum forent
Vt pro indiuiso eas regerent, ita tamen Vt Ele-
ctor ad Rhenum, Dux Fridericus Palatina-
tum quem Vocant superiorem in Norico admi-
nistraret, quo tandem concessit, Ambergamq;
suam regiam elegit, et patrię Reipublice nepo-
tumq; tutelę intendit, quietamq; vitam egit,
donec Imperator Maximilianus, Anno supra 1518
sesquimillesimum decimo octauo, ad Augustam
celeberrimam Vindelicorum vrbem, Comitia
indixit, quò omnes Electores conuenerant, ex-
cepto Palatino, qui sepe vocatus venire iustis de
causis cunctabatur, primum quod sumptibus fa-
ciendis ob nuperrimum bellum abhorreret, pre-
terea quia deprędatus erat Franciscus Sickin-
gen merces ciuitatum Imperialium non pro-
cul a Maguntia, que deuehebantur ad nundi-
nas Francofordienses, sub publica sua Electoris fide,
quas ipse ab eo repetebant, et misi resarciret bellu
minitabantur, de quo postea diffusius dicam,
deinde non libenter aderat. Vbi tractatum fu-
de Carolo in Regem Romanorum eligendo
intelligebat, quem ob nimiam potentiam gra-
uem Imperio futurum iam tum animo pre-
gibat, grauem autem appellant germani quan-

franciſtus a Sickin: gen

Friderucus vocat⁹ ab Imperatore Augusto

do parere Imperatori et legibus coguntur subla-
ta impune quicquid libet faciendi licentia Vo-
cabatur etiam ex Amberga Fridericus qui se non
Venturum ideo respondebat quia sibi ab Impera-
tore timeret eo quod Dns à Chuuris inter alias
minas etiam dixisset. Imperatorem sumptuu
de eo penas post⁹ in Germaniam vertisset Veru
Imperator illi responderi iussit, tantum abesse
Vt id molieretur Vt etiam Verbum de eo negotio
fieri Vetaret, paruit igitur Fridericus et augu-
stam Venit quem omnibus clementie et benevo-
lentie signis exceptum, acceptoq⁹ manu aureo
Vellere quod de collo dependebat Imperator ita
cum alloquitur, Sumus inquit huius ordinis fr-
atres, Volo Vt inter nos adhuc arctior contrahat⁹
amicitia, et indissolubile amoris fedus Cui Fri-
dericus absit inquit Clementissime Imperator,
Vt hec fiant, Ego sum tuus devotissimus clients qui
ad oia paratissimus tibi sum, et esse debeo, Tu
mihi Dns, tu mihi Imperator, tuus sum totus,
Non ita inquit Imperator, Verum Vt dixi sed
de hys postea, gratus est mihi tuus aduentus
et ita illum dimisit, Interim non satis admi-
rari poterat Dux Fridericus aulicorum blan-
dimenta, egredi domum aut regredi, prandere
Vel cenare nequibat quin corona illorum cinge-
retur, salutantium et bene precantium quum
è lecto surgeret et cubitum iret magna semper
aderat turba presertim eorum qui Imperatoris
consiliorum participes erant quos non minus
infense in se animo quam ij qui inferiori Ger-
mania sibi pessima queq⁹ machinati fuerant,
reuertitus erat, hos amicitie offitia nulla pre-

Remer alloquit 2 fud. de Carolo eligendo

termittere contuebatur. Quodam tandem die hilari cena exceptum, ita Imperator per Joannem Remerum, qui illi a Secretioribus et intimis consilijs erat, adloqui fecit. Non est omnino ignarus Imperator eorum que tibi, Illustrissime princeps Friderice, in inferiori Germania contigerunt, particeps autem vel author minime fuit, imo factum plurimum et doluit et dolet. Ceterum vt ea infecta reddere nequit, ità vehementer gaudet tibi paratam iam occasionem, qua nepotem Regem Carolum non solum horum om̃, quibus per te sibi intentatam iniuriam persuasum habet, memorem reddas, sed illum tibi clementissimum et benevolentissimum fauentissimumq; imposterum efficias, et viam ad magnos honores, et ijs condigna premia adaperias. Memor es adhuc sine dubio eius confabulationis, quam Imperator et tu habuisti Wesalie, quum ad Regem Anglie proficiscereturet te inter conuiuandum de futuro post se Imperatore interrogasset quemnam idoneum et ferendis sumptibus Imperialibus satis potentem existimares, tuq; vnum Carolum illum esse respondisses. Ipse vero eam responsionem egrè tulisset, conturbato tum animo, vt qui reuocabatur, domum austriacam, Imperij causa eo redactam inopie, vt miserando exemplo Ipse et Imperator et senex faciendaq; stipendia proficiscerentur, et tu Carolum in hanc nassam coyciendum existimabas, tandem in Austria reuersus, et aliquantulum otij nactus, cepit tua verba apud se reuoluere, et expendere, primum quidem ità, Fridericus Palatinus princeps

Judicium Blasij. de Friderico

est rara, licet iuuenis, prudentia, non potest tibi
tuisq; malè velle, qui nihil non facit, quod putat
esse ex re domus austrię, non hęc sine summa ra-
tione dixit, qui nihil non premeditatè et con-
siderate et nunq; ad gratiam seu ad adulan-
dum dicere solet, Tu quidem Imperator et se-
nex et longa rerum experientia doctior esse
deberes, sed vide etiam atq; etiam nè impin-
gas in prouerbium, quo dicitur in propriis ne-
gotijs neminem satis sapere, et facilè executrice
et iudicium in causa propria plerumq; fallax
esse. Sed tamen quid esse potest quod Fridericū
Palatinum mouet, Vt velit Carolum Imperā-
torem fieri te ex humanis sublato, Nempè illud
quod tu ipe sępe cogitasti, etiam si ab imperio ge-
rmanico preter Imperiales titulos vix quicq; habeas,
tamen vt Imperij princeps et quasi ciuis ac in ci-
uitate natus, non solum bona verum etiam vita,
vt patrię consultum et benè sit, ponere et eo ani-
mo erga rempublicam germanię esse deberes, quo
memoratur. M. Curtius, qui se in ardentem
voraginem bono reipub: romanę viuus demi-
sit, quo Decij, qui pro populo se deuouerunt, quo
Codrus Athenięnsis, qui quum audisset ab ae-
ruspice responsum vtr̄ fore Athenienses si
rex in prelio occumberet, Vestes induit rusticas
et ingressus prelium fortiter pugnans occubuit,
aliiq; quamplurimi qui fortunarum om̄ium
et vitę spreto discrimine patriam saluam esse
voluerunt, esto inueniet alius qui in tuum lo-
cum sufficiatur, gallus vt pote qui statim sua
potentia fretus Germaniam omni libertate
excuet, et in eam seruitutem, qua nunc sunt

Gallie populi rediget, Quod si minus, pauper
aliquis Germanie princeps eligetur, qui pe-
nuria pressus, dedecori potius Imperio erit,
quam honori, Quis accusabitur nisi Maxmi-
lianus qui proprie suorum vtilitatis ergò, que
conferunt in comune neglexit, neq; bonus Im-
perator vnq; dici poteris, qui mala patrie im-
minentia preuidens, preuenire nolueris, Si huius
modi sunt que mouerint Fridericum Palatinu
in hanc sententiam, Vt putarit Vnum Carolu
tibi esse ad Imperiale fastigium promouendum,
in tandem etiam pedibus eas, et Deo ac Fride-
rico adiutoribus rem aggredere, Hec sunt Illu-
strissime princeps Fridrice, que in animum
imperatoris cogitanda et sepè versanda, tuo ve-
salienſi responso miecisti, et tibi referenda com-
misit, Q7 si in ea perseueras opinione, et vt po-
tes negotium promouere velis, decreuit Impera-
tor, et tuo vti consilio, et summa beneuolentia erga
te se promeriturum pollicetur, Respondit Fri-
dericus, Ego inquit Remer, et memor sum Ver-
borum, que vesalie apud Imperatorem habui,
et in ea presto sum, et presto sum pro Virili oia
facere, que pro honore et augmento domus Austri-
ace, et presertim Carolo ad Imperialem digni-
tatem promouendo, esse videbuntur, neq; mi-
nus me erga illum benè affectum quisq; exis-
timet ob ea que mihi nuper Mittelburgi accide-
runt; Ego enim non in Dñm Carolum iuue-
nem Regem, sed in inuidos et maleuolos homines
totam culpam reijcio, Sed tibi, Remer, vni hec
dico, Vt tanto certiorem Imperatorem, de pro-
pensa mea erga se, et suos voluntate, reddere va-

leas, Postq̃ ad Imperatorem letus hęc retulisset
Remer, Ille nihil cunctatus Fridericum ac
cersiri ad se iubet, cui aduenienti extrà concl.
aue obuiam procedit, et accepta dextera intro
ducit, gratiasq̃ agit maximas de bona ergà se
Voluntate quam ē Remer declarasset, neq̃
dubitasse Vnq̃ de illa Verum nunc compro
bata, iterato sermone, Vehementer gauderet et
primum amicitię locum apud se habiturum polli
cetur, et superaddit, Tuo fratri Ludouico Electori
posset nè persuaderi, Vt ad Comitia Veniret, Re
spondit Fridericus, posse quidem, si per socios sue
uici federis tuto ditiones relinquere, et Augustam
Vemre liceret, atqui inquit Volent illi mihi meos
ob suas mercimonias interrumpere conatus, et
Vocato qui adstabat non procul Secretario, Scri
be inquit quam primum, et Vt acerbius poteris,
Confederatis, nè Vel Verbo Vel opere Palatinum
Electorem offendant, sed securitate ei suisq̃ di
tionibus et terris permissa, ad me Vemre mat
si summam indignationem meam euitare Volu
erint, Hec letus audiens Fridericus ad Impe
ratorem subdit, Si permittis Clementissime Im
perator, ego confestim fratrem adibo Heydelber
gam, et tantum apud illum me effecturum
spero, Vt Vemre non cunctetur, Absit inquit Im
perator Fridrice, Vt tanto labore te grauari
Velim, Non erit mihi inquit Fridericus Dre
labor aut graue, sed leuissimum, siquidem tibi
gratum esse intellexero, amplector tuum ergà
me studium, Imperator respondit, et siquidem
ita Vis perge, rem gratiorem facere, neq̃ tu, neq̃
frater tuus poteris, quam si breui Vos ambos retu

ces Videro, et amplexum Tridericum, datisq; Tridericus Heidelber:
ad Electorem lris, quas credentiales Vocant, qā fratrem accredit
dimisit, qui paucis comitatus, presertim Vno Ach,
ate Rheinardo à Neueneck, equite aurato, pri
mo die ad Gemundam Sueuiē oppidum, Secu,
ndo ad Richēm quattuor ab Heidelberga mi,
liaribus, et sequenti mane sumo Heidelber,
gam peruenit, Vbi fratrem non reperit erat
enim in arce Dilspergo, aucupio ardearum siue Dilsberg
erodiorum, quorum in proxima silua singulis
annis maximaē̄ mdulatur copia, deditus,
Nouerat autem eius mores Tridericus, quod Ve,
nationibus aut aucupijs indulgens, ferre aut au,
dire nolebat, qui de serys rebus secum agere Ve,
lent, Quapropter ex Heidelberga illi suum ad,
uentum indicat, quo sequenti die Venit, apud quē
Multis Verbis, et longo sermone Vsus Tridericus, Vix
tandem induxit, Vt crederet sibi ad Imperatorē
patere tutum accesum, sed ad postremum persua,
sus, respondit, ibo inquit Augustam Rheinardi
sequens fidem, tuam Vero frater minimè, Ad que
Tridericus satis cōmoto animo ob huiusmodi illi,
berale responsum, nescio quid respondere parabat,
sed perpendens fratris animum subduxiculum
semper, repressit se, et tamen inquit, atqui hic
Rheinardus de hijs rebus nullam habet ad te cō,
missionem, mihi soli hec prouintia demanda,
ta est ab Imperatore, tu sequere quem Vbles. Videns
Vero Elector fratrem eo responso cōmotum, pallio
attractum seorsum duxit, et non est inquit frater
quod cōmouearis, multa occurrunt, quę mihi me,
ntem perturbant, Tu totus es in promouendis Au,
strię principibus, à quibus, presertim Maximiliano

quid pater noster perpessus sit etiam mentissimo, quid tu item nuperrime in inferiori germania, me, lius me nosti, Quid nobis ab illis sperandum, nescio, maiores nostri ob eos in calamitates et innumera incomoda inciderunt, ab illis relatam gratiam nunq̃ intellexi, illis ex animo bene euenire cupe, rem, sine nostro tamen damno, pallio tunica pro, prior, Redire ex Gallia à Rege intra paucos dies Doctor Lucas Hugonis mihi à consilijs et Prothonotarius meus Joannes Castnerus, plena magnis promissis et amicitijs, si eas cum Rege inire velim, Et quod pluremi faciendum foret, offert Rex non solum se reparaturum ea que Rex Ludouicus non seruatis parenti meo pa, ctis neglexerat, Verum et dãmna ita resarciturum promittit, Vt non sit imposterum de quo conqueri possimus, Hec tibi Vri frater dico, nemo enim de hac re Verbum, vel ex intimis consiliarijs preter eos duos, quos modo nominaui, nouit, Ad hęc Fridericus cur inquit frater hoc tempore ista me celasti, docuissem te quantum Gallo confi, dendum, quid sperandum ab illo, quibus artibꝰ capiendus, et quod alijs facere solet, et parenti meo contigit, quo modo illudendus magno tuo cõmodo ostendissem, temporarij sunt amici Ga, lli, non perpetui, tam diu seruant amicitias, quamdiu ex re sui regni esse intelligunt, idq̃ apud eos cõmune est prouerbium, Vtut sunt prin, cipes Austriaci fidei sunt obseruantiores, Vicini sunt nobis, longe distat gallus, temporum ha, benda est ratio, fauet huic domui fortuna, Vt possumus faciamus, Fatis accedamus, deisq̃ et colamus fęlices, Non est malus princeps Maxim,

lianus, belli aduersus patrem nostrum gestipe,
mtet, resarcire Vult et emendare non recte ge,
sta, Carolus iuuenis est, et regum potentissimus,
clementiq; ingenio, si per malos liceret homines,
quos ego non illum accuso, omnes sunt galli qui
illum circumstant, leuissime fidei, tactus Im,
perator et dominus germanie, Germanos adhi,
bebit sibi consiliarios, nostrisq; adsuescet moribus
fiermoribus et constantioribq, Sequamur certiora
et que dubij sunt euenty, Valere sinamus. Hijs au,
ditis acquieuit Elector, et fratri Friderico Vt
Imperatori se Verturum Augusta renunciare comisit,

Interea dum se itineri accingit Elector, manet
apud eum Fridericus, et deinde ad Augustam Vna
comitati fere ducentis equitibus armatis profi,
ciscuntur, quibus quum non multum à ciuitate ab,
essent, Venit obuiam Imperator magna Electorū
aliorumq; principum, comitum, et nobiliū stipatq;
catterua, Vt Vero in conspectum Venerunt, descen,
dunt omnes ab equis, atq; ipsemet Imperator, et El,
ectorem complectitur letus, deinde Fridericum
et reliquam palatini nobilitatem et gratissimumq;
illorum aduentum, de more dicens, cursum ascen,
dunt equos, et Ciuitatem Vna ingrediuntur. Hic
mos ab institutione prima Electorum, ab Impe,
ratoribus est seruatus, Vt Venientibus ad se Electo,
ribq; obuiam procederent, et ad salutandum ab
equis descenderent, tanta erat Electorum ma,
iestas, duraruitq; vsq; ad Caroli Quinti nunc Im,
peratoris tempora, qui et ipse consuetudini Wor,
matie primis sue Ma: comitijs satisfecit, sed

Mos Imperatorū re
obuia Electoribus

NB.

postea Auguste comitijs anno tricesimo supra ses-
quimillesimum celebratis, hispania illi dissua-
dente superbia, cepit detrectare, Nam quum
renunciaretur, si bene recordor, aduentare, Archi-
episcopus Colonien. et num illi iret obuiam
disceptaretur, Jussit me accersiri Dns Granuell-
anus, et Vt ad principem Fridericum rem refe-
rem comisit, qui mihi respondit, id de more
hactenus seruatum, et temporis diuturnitate in
jus conuersum, egreg. latuerum Electorem, si
sibi is honos non exiberetur, Quumq. illi respon-
derem, Granuellanum dicere, a constitucione
Electorum non fuisse tam potentem Impera-
torem, tot regnorum Regem, Vt vno anhseli-
tu nemo nominaret, Respondit Vt Granuellano
dicerem, ea equidem ita se habere, Verum non
hic adesset Carolus Vt Hispaniarum Rex sed
Vt Romanorum Imperator, a quo hic honos
Electoribus debetur, Ceterum, si non illum li-
benter prestaret Imperator, posset aliq. simulare
malam dispositionem, et alicui suas vices commi-
ttere, Quod et fecit, et hactenus obseruauit,

Subsequentibus diebus quum in maximo honore su-
mmaq. beneuolentia ab Imperatore, et vib. aulicis ha-
berentur et prosequerentur prec. ceteris, Elector Pala-
tinus, et frater Dux Fridericus, Vix quisq. crederet
quanta inuidia id videre Bauari duces, qui anhela-
bant iam tum ad Electoriam dignitatem, et pro-
pter dereptas, Vt supra dixi ciuitatum Imperialium
merces putabant Imperatorem summam conce-
pisse aduersus Electorem indignationem, bellog.

iterum Palatinos aggressurum, ad quod omnibus mo
dis suam maiestatem, et dictas ciuitates, instigabat,
Sed prudentior illis bonus Imperator, animo per
pendebat, id pessimo exemplo et periculo futurum,
si Bauaris eam dignitatem concederet, qui nunq̃
essent quieturi, donec et Imperialem consecuti es- NB.
sent, et domum austrię perderent, Palatinos
Verò pessundaret, nulla iusta causa, per quos
Ipse et sua domus creuissent, quorum benefi
cijs, et nunc et imposterum nepotem Carolum
Vti Volebat, Quapropter eo^ colebat honorabat, et
magnifaciebat,

Tractabatur in hijs comitijs de expeditione con
tra Turcam suscipienda, hicq̃ pretextus erat co
mitiorum, quum reuera, quod etiam euentus
docuit, potissima causa erat Carolus, Vt is in
Regem Romanorum eligeretur, et ideò hęc
clanculum, illa palam Ventilabantur, Impera
tis autem quę Volebat ab Electoribus, relicta
principibus cõmissione, Vt reliqua negotia pro
Imperij Vtilitate et honore expedirent, Impera
tor discessit, et in Austriam rediit, antequam
tamen discederet, animo illi proculdubio mo
rtem Vicinam presagiente, omnes penè prin
cipes presertim Electores, ceu Vale dicens ali
quo beneficio affecit, Maguntino à sũmo pon
tifice Cardinalitium galerum Impetrauit, Pa
latino Electori, aperte consitens parenti Phili- NB.
ppo iniuriam ferise, et restitutione satisfacere
Velle si Vitam diuturniorem deus concederet,
Vectigal illud quod etiamnum hodie habent Pa

latim, et aureum vocant concessit, Friderico au-
tem a Carolo quinq; milia florenorum annuæ
pensionis habituerum promisit, atq; alijs alia. Nō
multò post In sequentis anni principio animam
deo reddidit, bonus et prudens Imperator, Fride-
rico cursum luctum et genitus relinquens.
Quam, enim dolenter hunc casum tulerit,
satis describere non possem, fata sibi aduersa sepè
accusabat, et malignitatem fortune que tocies
sibi blandita, semper spes suas eluderet, et tum
demum elaberetur, quum apprehensam iam,
et fortiter retentam putaret, Tandem Vero Vehe-
mentem et Justum dolorem suum, ceu aliquo
pharmaco lenire Volens, quod plerunq; semper
fecit, spem in Carolum tanquam in letiorem
exitum reiecit, magnamq; constantiam inde
Vir fortis non spe vivit concepit, parum perpendens, illum non esse Vi-
rum fortem, qui spe fortis est, sed qui presentia
mala sentit et perfert, atq; ita, Vt etiam si dura
tura perspexerit contemnat, à futuro nihil expe-
tet, nam Vt dicunt philosophi, qui presentia
incōmoda, expectatione cōmodorum tolerat,
compensat, non fortem Virum prestat, Solum
in domino sperare bonum est,

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRIN: FRIDERICI CO: PAL: RHENI. DVCIS BAVAR: SACRI RO: IM. PER: ARCHIDAPIFERI ET PRIN: ELECTO: LIBER QVINTVS.

Mirabitur quispiam et forsitan quęret cur pręcedenti libello, C. neq; enim liber dici meretur qui tam exiguus est :) tam cito finem fecerim, neq; C. quod aiunt :) imposuerim Colophonem Is velim sciat mihi euenire quod solet peregrinantibus qui maximum itineris leuamen existimant si parua miliaria interdum adsequantur Vt vna hora aliquot conficere valeant, non quod propterea de statuto quo tendunt loco aliquid imminuatur siue longa siue breuia sint miliaria, sed quia natura finibus gaudet, et sepe fines consequi volupe est, Sic mihi quoq; nam etsi ante me cernam immensum pelagus quod enauigandum est, nihilominus tamen iuuat cernere paulatim recedentia littora et iam iam a longe ceu nebulas dissipantia, Cogitanti vero de sequentis libri exordio faciendo venit mihi in mentem Vergilius diuini Eneidos libri ferme omnes aliqua insigni vel clade vel morte funesti sunt, Ita et hactenus in meis euenisse, non ex composito, sed sic sese habentibus rebus lector deprehendet, In primo enim masculinam stirpem Palatinorum defecisse et per vnicam duntaxat filiam sanguis dignitatem retentam nomen q

Fcuius

et bona illorum ad Bauaros peruenisse depre-
hendet, Secundus Friderici nostri matris mor-
tem continet, Tertius patris eiusdem obitum
comemorat, Quartus diui Maximiliani
interitum describit Dij dent sequentibus letio-
res exitus,

Bellū Ducis Wirtemb. Vixdum bene fama cognita erat Imperato-
ris mors, quum Dux Wirtembergensis compara-
to iamdudum exercitu, sed dissimulato donec
Viueret, quasi patefacto carcere emissus, Reut-
lingum Imperiale oppidum iniquissimo anni
tempore oppugnare properat et per aliquot dies
obsessum ad deditionem coegit. Confœderati Sueuiæ
quanta possunt celeritate Vires colligunt et Vere
ineunte in eum mouent, quia ex fœdere Reut-
lingum erat, et præter omnem spem qui formi-
dabilis omnibus esse volebat, formidine Victo-
riæ Vertit et omni intra Vnum et alterum
mensem spoliatur ditione defecit enim ab eo
statim nobilitas, durius tractata, quam illorū
libertas ferebat, deficiebat libenter etiam po-
pulus a quo reformidari semper magis studue-
rat quam amari, Vnde exemplum sumere de-
berent principes qui Viderunt quam debile sit
regnum vel principatus Vbi subditi, domini ex-
osum habent Imperium, et timore magis
Verus Princeps qualis quam amore parent. Oportet Verum prin-
cipem, Vt inquit Architas Pythagoreus non
recte tantum imperare scire ac posse, sed etia
humaniter, Iurpe enim fuerit pastorem oues
odisse et pecoribus suis infensum esse, legiti-
mus esse debet princeps, cum aliqua seueritate,

nihil sui gratia facere, sed oia propter subditos,
sic demum et principis dignitatem habebit
et a subditis amabitur et reuerebitur, paratiq;
erunt illius causa etiam extrema subire, neq;
alium admittent dominum, quin potius et opes
Vna cum Vita amiserint, quam sinant illi in
iuriam fieri a quoq;. Et recte Vt inquit Xeno
phon, Magnum est Virtutis exemplum in prin
cipe si subditi ipsum libenter sequantur, et in pere
tulis Vna perseuerent. Sed animus alieni cupi
dus nihil horum prestat, quin ad ommem rapa
citatem intentus, nihil recti agere potest, :one
rauit semper Wirtembergen populum suum ma
gnis exactionibus, feras in tanta copia alúit
Vt nihil ab illis in agris et Vineis esset tutum,
neq; pauperculo rustico caniculum alere licebat
quo illas abigere posset, imo abigere prohibitum
erat, quo nomine igitur talis princeps amari
poterat, sed et cum Vicinis ita sese gerebat Vt
nullus illi bene Velle poterat, a palatinis nulla
causa abalienatus bello Bauarico de quo supra dixi
multa oppida, multas arces, magnasq; ditiones
ademerat quas nunq; restituere cogitauit, Vnde
quali fuerit animo licet conijcere, qui satis capu
ise existimauit an iuste nihili faciens, quid alijs
ademerit non est huius instituti recensere Tan
tum principes huius exemplo admonitos Volo
ne sint alieni cupidi, ne populi sibi a deo com
missi labore et sudore parta sua esse putent et
quacunq; capta occasione diripere et Vendica
re sibi et in suas Voluptates conuertere illisq;
abuti licitum existiment, Lento gradu
diuina procedit ira sed tarditatem supplicij
grauitate plerunq; compensat,

Fra dei Tarda

fugato Duce Wirtembergēn quietior est reddita
Germania. Archiepiscopus vero Maguntinus
de more ad Francofordiam principibus Electo
ribus pro Eligendo nouo Rege Romanorum
diem dixit, Interea reges Carolus Hispanie
et Franciscus Francorum nihil non facere, ten
tare, molirj, Ille vt in Imperatorem eligere
tur, hic vt electionem impediret, iam tum
animo presentiens in quantam potentiam et
quam formidabilis omnibus tum sibi tum alijs
regibus et principibus futurus esset Carolus Imperi
alis dignitatis accessione. Quare monere author
tari Electores vt ab eo cauerent, se id expetere
non tam sui quam conseruande germanie liber
tatis gratia, si se nollent eligere, eligerent, de
suo corpore, hoc est e germanis quempiam, hunc
quicunq; is foret ita adiuuare et ditare vellet
vt Imperialibus sumptibus ferendis nihil deesset,
facile sue sententie fecit Treuirum vt postmo
dum oratione habita apud Electores Franc
furdie docuit, Palatino ducenta milia corona
torum singulis annis si rex fieret bene assignata
promittebat, Marchioni Brandenburgen ferme
totidem, atq; Duci Saxonie, Maguntino et Co
lonen ingentem pecuniam pollicebatur qua
vterq; indigebat. Nemo ex consiliarijs aut ijs qui
apud eos auctoritate valebant relinquebatur
nminus, si hec promouerent, que singula Ca
rolo detecta et perscripta, in magnam adidu
cebant dubitationem, ne Electores nouis mu
neribus capti, promissorum Maximiliano
factorum obliuiscerentur. Quare et ipse omnia
excogitare et tentare ne spe eximia frustrare
tur, Sed multa volueriti animo nihil potius

occurrebat, quam si placato Friderico et in gra-
tiam recepto, Vt huic negotio faueret, persuade-
retur, is enim ab omnibus Electoribus singula-
ri amore prosequebatur Vt apud eos nihil non
posse impetrare, modo velit, Videretur, et ideo
ad illum fidissimum, et quem existimabat Friderico
acceptissimum hominem mittit qui adhec ad- omnia promttit Frid.
hortaretur, et propria manu scribit precaturq; rico Carolus
et orat ne se deserat, neue destituat se omnem
offensionem remittere, gratiam fore maiorem
quam antea Vnq̃, non ingrato rem hanc gra-
tissimam facturum, nulli parceret pecunie,
daret, elargiretur, effunderet, suppeditaretur,
affatim, Bris a Chiuris ad eum scripsit, quando
quidem alias ambuisset Vt Neapolitanus Vice
Rex fieret, Carolum id sancte pollicieri, spe
fidem suam interponebat, indubitanter futu-
rum, et maxima quaq; spondebat, modo Ca-
rolus eligeretur, Fridericus vero qui nihil Cha-
rius Carolo habebat, Vt dom^us austriacq; ad
dictissimus et fauentissimus, se facturum pro Vi-
li recepit, apud Electores et presertim fratrem
Ludouicum nihil intentatum reliquit, qui
quum iam ad Francfurdiam conuenissent,
et clausis omnibus oppidi portis nemo intromitte-
retur, ac de eligendo Romanorum rege inter
se consultarent, atq; oratione Treuerensis Archi-
epis: qua omnibus modis dissuadebat ne Carolo
eligeretur, sed potius ex Electoribus qui spiam,
Vehementer comoti, in eius irrent sententiam,
et nunc Vt Elector Palatinus, nunc Dux Sax-
onie regiam dignitatem reciperet, satagerent
spe Fridericus qui tum in oppido Hoesden

duobus a Francfordia miliaribus cum aliis commissarijs a Carolo ordinatis, hec rescies, quod pro pernodum ex Veteri instituto capitale erat, aggreditur facimus, mutata enim Veste oppidum intrat, et clanculum fratrem atq; Electores adit, suadet, monet, orat, promittit nihilq; non facit donec impetrat Vt Carolus eligeretur, iuratis prius in animam ipius Caroli quibusda articulis, quos et ille postmodum approbauit et regio iuramento confirmauit, De conseruandis Electorum priuilegijs, De Vectigalibus sine omnium illorum consensu non constituendis, De non procurando electionem Regis Romanorum, De non adducendo in Germaniam externo milite, et huiusmodi alijs.

Carolus eligit in Impe.

Electo autem Carolo, et publice Regem Romanorum in ecclesia Diui Bartholomei proclamato, Electores Fridericum rogant, Vt suo nomine decretum Electionis in Hispaniam ad Carolum perferat, illiq; pro Viatico viginti quattuor aureorum milia constituunt, quo ille se factum recepit, neq; diu cunctatus, sed preparatis necessarijs itineri per Lugdunum et Narbonā Versus Barcinonam, Vbi Regem esse audiebat se accinxit, admonitus autem Vt declinaret ciuitatem, que peste laborabat, recta ad regale Molendinum quod Molin de re Hispan appellant, quo secesserat Carolus et tota aula, contendit, Vbi honorifice acceptus, mandata Electorum peregit, et Carolum Regem Romanorū futurumq; Imperatorem salutauit, a quo et om-

Fridericus decretum de Carolo electo in Hispaniā defert

mibus aulicis quum ingentes illi agerentur gratiæ
susp̃icerentur extollerentur, qui tantæ dignitatis Ca-
rolo auctor fuisset, Carolumq; multum illi debere
fatarentur, gauderent quoq; Vehementer, Deumq;
laudarent qui hanc dedisset occasionem, qua
Fridericus non solum in summam gratiam et
beneuolentiam a Carolo receptus foret, sed pro-
culdubio ad summos honores proueheret, presta-
retq; quod pollicitus erat, Vt breui Vice Regem
Neapolitanum illum constitueret, sidus ali-
quod aulæ rursum affulgere palam iactabant,
habituros q; exteros patronum apud Regem
gestiebant, et pleraq; huiusmodi dictitabant.
quæ quidem Friderico plausibilia erant, Verum
nouam concitabant illi inuidiam, et talem equi-
dem, Vt Dominus a Chiuris maleuolentiæ stimu-
los resumpserit, nec se continere potuerit quin
Fridericum aggrederetur, hisce Verbis, Attuliſti
nobis inquit Friderice decretum maxima mea
pecunia emptum, quam si in alios vsus potius
conuertissemus, longe maior inde nobis emer-
isset commoditas, Quid enim habet tuum
Germanicum Imperium præter inanes titulos,
et Vanæ gloriæ nomen, quod innumeris sum-
ptibus infinitisq; laboribus retinendum, sine
Vllius vnq; fructus perceptione, conuenit; Ad
que Fridericus satis truculento et audatiore,
quam alias, Vultu, ita respondit, Siquidem
Chiures tam nihili facitis Sacrum Imperium
Romanum, cur toties scripsistis, admoniſ-
tis rogastis, Vt nullis impensis, nulli pecuniæ
parceretur, donec quod tantopere ambiebatis,
consequeremini, et adsecutum nunc floccifacitis

verba dñi de Chiuris de electione ad Fri.

Age penitreat Vos facti sumptus, et restituite ma-
nes titulos Imperij et Vane gloriæ, Vt appellas,
nomen, et efficiam, Vt Vobis Vera pecunia cum
maximo fenore restituatur, Hec audiens Chi-
urces obmutuit, et secum perpendens sue ditionis
importunitatem, animoq; reuoluens Carolo breui
esse in Germaniam eundum ad suscipiendam
regalem coronam, componendaq; res Imperij
quod ipm sine Friderici consilio, adiutorio et
directione Vix efficeret, imposterum blandiore
Vultu Fridericum semper compellauit, et apud
Regem manere et itineris in Germaniam
comitem esse iussum; dilexit, eiusq; consuetudine
oblectatus est pluximum; que in amicitiam versa,
penitere preteritorum, et de satisfactione cogitare
perpulit vta Vt quem antea minimum oderat,
Vehementer dilexerit, omnibus modis satagens, nè
in eorum haberetur numero, de quo factu est pro-
uerbium, inimico reconciliato non esse confidendu,

Inimico reconsiliato non confidendū

Carolus Aquisgrani coronatur

Anno sequenti qui fuit Vicesimus supra sesquimil-
lesimum Carolus dispositis Hispanie rebus per
arragonas et Castelle regnum in Compostella
profectus est Vbi salutato Diuo Jacobo et prospe-
cum nactus Ventum, a celtico promontorio soluit,
paucissimisq; diebus delatus est in Angliam, Vbi a
Rege honorificentissime exceptus, non diu ta-
men immoratus est, deinde in Flandriam navi-
gat, factoq; magno adparatu, Aquisgranum con-
tendit, quo conuenerant Electores et magna prin-
cipum multitudo, coronationi interesse volentes,
quia solitis ceremonijs magnifice perfecta, circa

Dini Michaelis festum, Coloniam postea et aduer
so Rheno Wormatiam petijt, Vbi indicta erant
Comitia Imperialia, que alias ex ordinatione au
ree Bulle Nuremberge celebrari conueniebat,
sed obstabat loci nimis ab inferiori Germania
longa distantia,

Cepta sunt celebrari Wormatię regia comitia, Comitia Vuormacien
circa diuę Catherinę festum magna om̃ sta
tuum frequentia, qui videre nouum regem
hispanarumq; magnificentiam cupiebant, Ir
terierat etiam Fridericus, nepotum tutorio
nomine, quem tamen Rex sepe consulebat,
et in consilijs principum sedens, quantum
fides Imperio debita permittebat, que pro Rege
facere videbantur, pro Virili promouebat, Ver
quum tardius negotia de more germanico succe
derent, nactus occasionem calumniandi Fri, Magutinꝰ accusat
dericum Elector Maguntinus Albertus Mar, friderici
chio Brandenburgen, qui illi beneuolentiam et
Vt vocant, regis gratiam inuidebat, Regem
accessit, et Vnicum fridericum causam cur
tam diu protrahercentur negotia pretexit, euq;
solum esse qui Regis turbaret impediret et
preuerteret omne propositum, ordinumq; mora
retur decreta, adserit, Hec aperuit fridericꝰ
Dns a Chiuris, et Vt apud Regem sese pur
garet, ex amicitia suadebat, quem confestim
Fridericus adijt, atq; in hec verba alloquitur,
Infelici fato meo sit Serenissime Rex Carole Fride. apud Caro:
Vt semper dum tibi maxime placere atq; rem lū se purgat
gratam facere conor, tum potissimum insur,

gent mihi aduersarij, nihil intentatum relin-
quentes, quo me traducant, et clementem
ac benuolum tuum animum a me procul
ab alienent, sola ducti inuidia, nulla vero
a me vllis iniurijs aut malo verbo prouocati,
quemadmodum etiam nunc factum resciо ab
eo a quo minime oportebat, et tale mihi expecta-
ssem, is est sanguine mihi iunctus Albertus Car-
dinalis Moguntinus, qui in me omnem reiecit
culpam, quod Comitiorum negotia serius expe-
diantur, quam aut deberent, aut res tuę maxi-
me te alio vocantes, ferre possunt, Detulisset
quiuis alius, texte consanguineum meum Ma-
guntinum non decebat facere quod bona con-
scientia non poterat, Habent status Imperij
Mos statuū in comitijs in tractandis negotijs hos gradus, Primum pro-
ponit tua Ma:tas que indigent deliberatione,
hoc recipiunt ordines discutiendum, Electores
seorsum suum habent consilium, principes dein-
de et prelati, et e Comitum ordine duo Ciui-
tates Imperiales etiam rem consultant sed
ferendi suffragium ius non habent, Electores
et prncipes postq; deliberauerunt, inter sese co-
municant, si concordant, quod principio raro
fit, cōmunicant ciuitatibus, si quid habent, quod
aduersum dicant, auditur, si placet mutant
priora, sin minus coguntur illę parere, deinde
ad tuam Ma:tem refertur, adprobat illa aut
reiicit, Vide quot ambages, quot circuitus, aū
fractus anteq; ad conclusionem perueniatur,
adde quanta turba ibi sit, quantum tempus
labitur donec dicuntur colliguntur et con-
ueniunt sententię, ego Vnus e tanto numero
Vnicum fero suffragium, inter tot capita, et tot

sensus, raro concordantes. Quare iniuriam fecit mihi Maguntinus, qui me remoratorem negotiorum apud te criminatus est, et precor Vt me excusatum habeat tua Ma^tas et diligentius super hac re inquirat, comperiet innocentiam meam. Ad hec placidissimo Vultu Rex Romanorum Carolus. Equidem, Vt dixisti, Comes Palatine mea negotia celerem Comitiorum finem vehementer efflagitant, sed absit Vt credam (etiam si mille attestarentur) in te esse vel minimam culpam, quod tardius et cunctanter omnia fiant et procedant. Noui et perspectam habeo tuam erga me, et res meas propensam voluntatem, deuotionem et beneuolentiam, secundum quam non dubito, quin pro tua industria sis negotia promoturus, tantum igitur, Vt sponte currenti calcaria addam, rogo, Vt quod sponte facis, facias sedulo. Postea conuenit Fridericus Maguntinum, quum forte apud quendam principem Vna cenarent, illiq; hec exprobat, quod trepidè negare cepit. Sed a Rege interrogatus de tarda negotiorum expeditione respondisset Fridericum Palatinum in consilio principum auctoritate plurimum valere, is posset multum ea que ad celerem conclusionem attinent promouere, plura non respondit Fridericus, tantum sibi imposterum ab eo cauendum putauit, quod tamen non potuit, Vt postmodum latius dicam.

Principio huius libelli optaueram, ne mihi hic quem admodum reliqui pene omnes aliqua insigni clade funestaretur, Verum euadere non potuit. Redierat Vt antea dixi Dns a Chiuris cum Friderico in summam gratiam et amicitiam, quam ita

Vide D. de Chiuris

obſeruabat, Vt non reconciliatam, ſed veram et ſinceram demonſtraret, rebuſq; ipſis ita compo-
bare ſtuderet, Vt non dubium fuerit quin Frede-
ricum ad maxima promouere voluerit, Verum
mors improba, et fortuna, viris illuſtribus et ma-
gnis ſemper inimica, quum iam in curſu bene
faciendi eſſet, ex improuiſo illi, et nepoti Car-
dinali Archiepiſcopo Toletano, Vitam ademit
hacq; priuauit luce, Eheu quot gentibus quot planc-
tus ad ſidera fuibit, miſer Vt ſibi videbatur pre
ceteris hac calamitate Fridericus, preſertim
quum animaduerteret hoc caſu aule faciem
prorſus mutari, et non ſecus omnia mueri quam
ſi ipſe Rex occubuiſſet, noui conſiliarij, noua
conſilia, nouus om pene rerum ſtatus, Poli-
citus erat Chiueres Friderico Vt paulo ante dixi
regni Neapolitani adminiſtrationem, nec du-
bium erat quin preſtitiſſet, ſi diutius viuere
contigiſſet, Ceterum eo mortuo, qui Friderico
non bene volebant, liberius iam agere apud
regem, nemine contradicente, et dicere neq; vile
neq; tutum principem Germanie ad tanti regni
gubernationem admittere, aut recipere, ad id
officium in quo ſecretiora Regis regnorumq;
conſilia reſcire oporteret, contmendum potius
in Germania, cuius negotia adprime noſſet,
Neapolitana non ſine graui ipſius regni de-
trimento diſcere neceſſe foret, Adhec veren-
dum ne diutius viuere ibi poſſet, melior et hu-
manior Fridericus quam Vt ſibi ab Italorum
deceptionibus fallacijs impoſturis veneno, in-
toxicationibus cauere ſciret, que oia vere dici
Carolo viſa ſunt, et facile mouebant Frideri-
cum, ne magnopere cuperet, quod iamdudum
emixe ambierat, ea potiſſimum de cauſa quia

matrimonium filię Doncelli ferdinandi supra Filia don fernandi
modum diuitis et cuius ductu regnum Neapo-
litanum ad Arragonum reges peruenerat, q.
illi ante Leonore amores Chiures conciliare
statuerat, ad effectum non productum erat,
sed infectum remanebat, impedientibus mmi-
me aduersarijs, quod illo adsecuto et summas
diuitias nactus fuisset Fridericus, et apud Nea-
politanos magnam autoritatem obtinuisset, magna
tumq; amicitijs fretus quas sibi ferdinandus be-
nignitate conciliauerat, regni habenas modera-
ri potuisset, Consultatur igitur quo modo Fride-
rico alia dignitate oblata satisfieret et beneficio
quopiam sine Caroli sumptu, gratia referretur
et benefacta compensarentur, Vt antea dixi
libro primo Comes Palatinus et idem Elector
est Sacri Imperij Vicarius, Vetustimo Jure, Ita
Vt mortuo Imperatore ad Rhenum in Suevia
et terris Juxis francomia ommem adminstra-
tionem habeat, Existente autem rege Vel Im-
peratore et eo alpes Vel Pyrenęos montes trans-
gresso et extra germania Imperij limites absente,
eis Imperialis potestas et cuncta disponendi
auctoritas, ad illum redit, Certum autem erat
Carolum mmumerorum regnorum principem non
posse diu in Germania hęrere, sed in hispaniam
et in Italiam breui redeundum esse, relinquere
autem Palatino tantam potestatem, et ea desti-
tuere, haud quaq; tutum Videbatur plerisq;, neq;
Comes Palatinus Elector edificandi et equos
alendi studio plus equo deditus magnopere eam
dignitatem cupiebat, quare facile conuenit de
Regimine mstituendo et Loumtenente Vt Vocat
designando per quem negotia Imperij per Impera-

Friderius fit locū tenens in imperio

toris absentiam dirigerentur presertim quia Fride-
rico omnium suffragijs Locū tenentis honor de-
latum ici non dubitabatur, hoc quoq; ipō imperi-
mis comprobante Carolo et maxime optante,
postq; vero conclusum ab ordinibus fuit, obtrudi-
tur Ferdinandus Caroli frater cui in hereditā-
tis paterne diuisione terre austriace cesserant, et
co tum ad subditos in fidem recipiendos missus
erat, et merito fratris locum obtinere Vireq;
eius sustinere debere magna procerum pars ex-
istimabat, Verum quia adhuc iuuenis et linque
germanice ignarus, adhec terrarum dominus que
cotidie a Turcis oppugnarentur in aliam sen-
tentiam plerorumq; mentes retrahebat, Tande
Visum est Vt Ferdinandus quidem Imperatoris
Locum tenentis nomen haberet, Friderius ab
illo denominaretur, id est ferdinandi locum
tenens diceretur, Quod ipm recusans constan-
tissime Friderius, postremo conuenit, Vt Vtrq;
ea nominis dignitate gauderet et ex equo cegrim-
mis negotijs preesset, Electori Palatino ne sibi
posterisq; suis hec ordinatio fraudi foret, aut im-
posterum Iuri Vicariatus aliquid iminueret, aut
detraheret, diplomate cautum est, Friderico aute
promissa sunt quadraginta milia florenorum, que

Don Raimundus de Cardona vice Rex

illi Don Raymundus a Cardona fratrus Vice Rex
Neapolitanus persolueret, Vt equide fecit, sed tarde male,

Hijs perac tis finitisq; Wormacien sibus Comitijs
Imperator Carolus coactus est preproperē in In-
feriorem germaniam redire ob bellum a Rege
Gallie illatum quod admodum diutinum fuit,
frustraq; maximis copijs ab Imperatore oppug-

nato. Moserio exiguo ad mosam oppido quod
firmissimo presidio gallorum defendebatur,
retractum est totum in Italiam atq; diutissime
continuatum Vt postmodum dicam, Friderico
Vero Nurembergam concessit, quo in oppido im-
periale Regimen residere ordinatum erat cui
presuit summa diligentia et auctoritate, tanta
Vero humanitate temperata, Vt ab oib9 amare-
tur et coleretur, melior tamen quam Vt a blan-
dicijs mulierum se premunire posset, quibus Nu-
rembergenses vsq; adeo sitit Vtuntur Vt etiam saxa
cõmouere possent, Illę imitare eum nunc ad
prandia et cenas, nunc ad Choreas, aliaq; innu-
mera oblectamenta, que ingeniose excogitare no-
uerunt, in summo otio et oim rerum abundantia
enutritę, adcredebant etiam sepe nonnulle pro-
pria sponte edes illius, pulcherrimis comitatę
Virginibus, percupere sese dictitantes et simu-
lantes de hoc et illo cibo in eius coquina para-
to, edere, quod audirent nullum esse principe
qui prestantiores coquos haberet, qui sapidiora
cibaria administrare solerent, alię audatiores
dicere se Venire Vt principem summa humani-
tate preditum, pulcherrimumq; viderent, et allo-
querentur, Gaudere item sese pluximum et gra-
tias agere deo, quod contigisset illum in sua
ciuitate iam habitare, que hactenus tanq;
Veterno sõno soporata, soli mercature et fenori
69 operam dedisset, Nunc Vero sua presentia
excitata in õmni hilaritate exultaret et viue-
ret, Instare repotiorum dies per quos liceret sepe
conuenire, ludere, choreas ducere, colloqui et
confabulari, quib9, Vt semper interesset, et con-
uocaretur operam darent, etiam si non vocat9

Blandicijs mulieribus Nurembergen. capit[ur] Fridericus

personatus accedere posset, qua vna re sibi omn̄
animum maxime conciliaret et deuincaret
et plerag alia quibus instructissime sunt, Vt
dixi illecta menta obijcere et proponere, que a
grauioribus cogitationibus multum illum ab
alienarunt, et ad consectandas Voluptates, quem
admodum Capua Hannibalem, totum con-
uexerunt, que magno sumptu constabant, q
carissime omnia Nurembergę Veneant, et si em
Vrbs ea nulla re indigeat, quia tamen in sterili
solo et arenoso edificata est, a longe adsexunt
oblectamenta palati, et magno pretio Venduntr,
et quo cariora, eo gratiora et acceptiora, In hijs co-
parandis nulli pecunię parcebat Fridericus,
liberalior semper, quam eus ferrent opes, Vnde
multum exis alieni mox contrahere cepit, quod
facile a ciuibus Vsuris deditis obtinebat, datis fide
iussoribus et prouentibus suarum ditionum im-
pigneratis, adhoc malum accessit, Vt dum se ama
ri gaudet, extra Vt putabat omne telum, repente
Cupidinis iaculo Vulneratur, et amore elegan-
tissime cuiusdam puelle corripitur, que quanti
illi constiterit, primu illius potiretur, dies et no
ctes conuiuando, elargiendo, donando. nunc
hęc nunc illa, Vix equidem dixerim. Adhec super
uenit ad principium noui anni, qui fuit Vice
simus secundus a nato Christo supra sesquimi
llesimum princeps Elector Ludouicus Vt apud
Regimen ex constitutione Carolina tres menses
resideret, qui carens Vxore, quam ante annum
amiserat, sororem Guilhelmi atq Ludouici
Ducum Bauarię, statim etiam ciuitatis capitur
illecebris, sumptusq redintegrat, fitq quasi certa
men inter fratres de prodigalitate, quod ipsum

Nurēberga in sterili solo omnibus rebus abūdat

liberalior fuderius quia eius facultates ferrent

Fridericus amore capit Nurēbergēn. puellę

Ludo. Elector venit Nurembergā

oculatissimi et circumspectissimi ad oia Nu-
rembergenses non illiberter cernebant, quod
euenit, futurum preiudicantes, Vt pecunia de-
stituti facile ad transactionem condescenderet.
Non enim vsquaq; inter illos conuenebat ob
aliquot oppida et arces quas illis Nurembergen-
ses nuperrimo bello Maximiliani partes secuti,
ademerant, et palatini repetebant. Erat principi
Electori Cancellarius iurisconsultissimus Floren- Florentius a vemgen
tinus a Vemingen, Redierat in Palatinorum Cancellarius
gratiam nuperrime Johannes Lantgrauius Lantgrauij a leuch:
de Leuchtenberg, qui summam simulans benenolen- tenberg
tiam multum auctoritatis apud illos adeptus
erat, princeps suauitia si quisq; alius insigni,
habebat et Fridericus Cancellarium Doctorem Doctor fuchsterner
Joannem Fuchstem Virum ingenio magno, sed
prauo (: quod plerumq; reipub: calamitosum
esse solet :) qui fas et nefas Venalia haberet fige-
req; et refigeret obiecta spe lucri, infamis adul-
teriis et stupris. sed tamen acceptus principi, vicia
excusante lingua, et ita diluente egregie, vt non
paucis imponeret, quo Vir bonus et integer existi-
maretur. Hos conuenerunt Nurembergenses e
Senatu aliquot ad hoc subornati, proponunt q;
Vobis disertis, quanto amore ciuitas Nurember-
gensis Palatinos prosequeretur, nihilq; magis cu-
pere etiam magno suo damno, quam si concor-
des facti, de oibo quibo dissiderent, bonam bo-
norum vicinorum Voluntatem Verbis et operi-
bus prestare possent, et Vicissim ab illis sibi ex-
hiberetur, in subditorum mmeum maximum
emolumentum quam re bonam operam prestare
possent. Quod si efficerent ne dubitarent quin
gratam essent habituri ciuitatem, magnumq;

premium relaturi, Illi auertis audito auribo
et statim promissis capiuntur, moxq; re inter
se deliberata, hac oratione Vtrumq; adgredi
untur principem, prefati primum se habere
quod ex re illoru esset, dicendu tamen seorsum
ab alijs consiliarijs,

oro pro Hurembergen. adulatrix

Dei benevolentia factum non dubitamus Illustris-
simi principes, quo Vt in hanc Vrbem hoc tempo-
re conueniretis Voluerit, quam Vra presentia Vo-
bis ita deuinxistis, Vt non sit magistratus, non
ciuis, non mulier, non puer, qui Vos non summo
prosequatur amore, suspiciat, et prope modum
adoret, et de quo non posetis Vobis oia pollicери,
Quod, si Vobis audire liceret saltem in parte, que
singulis prope momentis passim populus hic
de Vobis loquitur et dicat, quibus laudibus Vos
ad sydera Vsq; effert, quo honore, Vos dignos
clamitat, admiraremini. Tantum autem nobis
constat, nullum esse Vobis tam amicum Vel
principem Vicinum, Vel ciuitatem, que facere
pro Vobis, si Vsus veniret, et posset et vellet, atq;
Nurembergensis respub: que Vltra omnes alias
germanię opibus Viribus et consilio pollet, qua-
propter ea fide qua Vobis obstringimur, Vos hor-
tamur, Vt hanc ciuitatem, quo modo cepistis
Vobis deuincire, magis atq; magis satagetis, ad
quod efficiendum, Vt nihil desit, habetis modu
quo hoc tempore non posset esse cōmodior, et Vtrq;
Vēm, mō Iuditio, magis conueniens, opus est Vobis
in sumptus colidianos grandi pecunia, opusq;
erit indies maiore, si quidem denunciata sunt
Imperialia comitia in hac Vrbe celebranda

ita Vt vix intra medium annum Vobis domum
redire licebit, aduenient multi principes quorū
causa, Vt est mos Vester, magnificentiores et sump-
tuosiores esse voletis, Vnde sumatis non est in
erario Vestro, grandibus Vsuris conquirendum
erit, quibus grauati iamdudum supramodum
estis, neq; videmus vnde esse possit Vt dissolua-
tur. Quare sepe consultius foret Vt vel oppidum
vel ditio aliqua nonnunq; distraheretur et ven-
deretur, quam quod ere alieno et Vsuris obruit-
et oneratur, que raro diminuitur, sed indies
crescere solet et tanq; eruca caules quicquid
attingit circumrodit et deuorat, exempla ab
innumeris principibus peti possunt, Vtinam a
Vobis non posset, Non tamen hec dicimus, Vt
suasores esse velimus distrahendi quicq; de Vrīs
ditionibus, in rem tamen presentem Vobis con-
sultum percuperemus, quod ipm nos in hanc co-
gitationem coniecit, Vt fore operepretium existima-
remus, si de discordia que existit inter Vos et Nu-
rembergenses ob adempta parenti Vro nuperri-
mo bello aliquot oppida, amice tractaretur
et componeretur, non enim dubitamus quo nūc
in Vos sunt animo, quin Vel aliqua sint redditu-
turi, aut ingentem pecuniam Vobis daturi, sta
autem stantibus rebus tenaciter omnia retinet
et fruuntur, Vos nihil habetis aut inde percipi-
tis, non est negligenda occasio, quam si elabi si-
natis, Vix erit forsan imposterum Vt apprehen-
dere possitis,

His auditis, non opus fuit longa deliberatione,
Vterq; princeps pecuniarum auidus, rem appro-
bat, et inceptandi atq; conficiendi negotium

Cancellario a Vemmgen liberam cõmittunt, qui
Nurembergenses quasi per sese interpellaret, et
conueniret, Ille non segnis iussa exequitur, et fa-
cile obtinet quod illi prę optauerant, Conuenit,
tractatur, transigitur, Ita Vt Nurembergenses
Heintzburg Imprimis Duci Friderico arcem Heintzburg
in summi montis cacumine non procul a No-
Gnadenberg uo foro Vnde conspicitur situm, cum Cenobio
in quo cohabitant Viri et Virgines, quod mo-
dum gratię appellant, redderent, et ambobꝰ
principibus, triginta duo milia florenorum
darent, Illi Vero omni Juri et actioni quam
pretendere possent ad adempta oppida in per-
petuum renunciarent, sunt autem tria elegan-
tissima, Lauff, Altorff et Herspruck cum ali-
quot arcibus et multis pagis, magnis Vero pre-
Nos consiliariorũ olim mijs predicti tres honorati sunt, Quum hec
nulla dona capere recordor Venit in mentem, quam bene olim
a principibus germanis fuerit institutum, Vt
qui sibi seruire bona fide Vellent presertim pre-
fecti maioribus officijs, nulla dona preter ceu-
lia et illa rara a quoq; acceptarent, ne corrup-
tionibus Vllus aditus pateret, quod si obserua-
tum hucusq; fuisset, neq; iamdictus contractꝰ
locum habuisset, et prenominata oppida Nu-
rembergenses Palatinis reddidissent, Vt post-
modum rescitum est, potius quam maleuolentia
illorum pertulissent, presertim non bene conueni-
entibus illis cum Vicino Marchione Brandenbur-
gẽn: cum quo fere perpetuum dissident, et cum
Epo Bambergen prius obmonatas plerasq; reli-
gionis ceremonias, Docebo forsan imposterum
quantum pericrit de Palatinatu, ob non seruatã
supradictam legem, dum permittitur consiliarijs

dona acceptare, et illis se illaqueari, Sed de hijs
hactenus, persoluta est pecunia et distracta Nu
remberge. Illi in hodiernum diem ditiones re
timent, Palatim vacuas, Vt dicat, aspicit manus,

Dum hec agerentur, celebrabantur Comitia qui
bus superuenerat Ferdinandus Archidux Austrie
Caroli Imperatoris frater, cui in Regimine
ita cedebat Fridericus, Vt quoties presidendum
erat, secederet ad Nouum forum quinq; hora
rum itinere a Nuremberga distans, ne de pre
sidentia contentio oriri contingeret, quod Vter;
equo iure Imperatoris locum tenere vellet, Su
peruenit et sancta mulier Dna ijsabella Caroli Elizabetha regina Dacie
et Ferdinandi soror que maritum Regem Da
cie Norwegie et Suetie Christiernum omnibus
regnis et bonis a patruo Friderico Duce Holsa
tie exutum, sequebatur, et exulem relinquere
nolebat, frustra autem Ferdinandum fratrem,
cuius tum exigue erant vires, Vt se iuuaret pre
cata, et ab Imperij ordinibus quicq; impetrare
posse diffidens, in inferiorem concessit Germa
niam, Vbi Gandaui merore, Vt credere par est, Moritur regina
contabuit et moriebatur, ibiq; in Cenobio diui
Petri sumptuoso condebatur tumulo, hanc aute
Nuremberge salutauit Fridericus, inscius tum futu
rum Vt aliquando filie eius maioris natu matrimo
nio potiretur et nihil minus cogitans, sed nurember
gensis puelle oblectabatur amoribus et consuetudi
ne fruebatur, Licet nondum animo excidera[t] Morit[ur] Rex portugallie
Leonora cuius mariti Regis Portugalie mors per
ea tempora renunciabatur, que Fridericum in
Varias iterum retraxit cogitationes, quum non

+ presertim Cardinalis Leodien

deesent qui illi persuaderent, + singulari factum
dei prouidentia, que voluisset vt grandi ditata
dote potius quam paupere vxore, vt que prius
nihil a fratribus nisi exiguam pecuniam acce-
pisset, gauderet, oia esse in vado iam, neq; enim
vidua tanti quam virgo fieret aut existimaretur,
satisfecisse semel fratrum voluntati Leonoram
nupsisseq; sem effeto et deformi, nunc habere li-
beram nubendi cui volet, et minimum Friderico,
quem tantopere amasset, neq; enim credibile fer-
uorem restinctum esse, et plerag; huiusmodi
que Friderico nondum sopitum ignem, resuscita-
runt, quare et ad eam mittere decreuit eiusq; ani-
mum tentare. Et quum nullum haberet a leis
gallicis secretarium, Conuenit egregium Juris
Vtriusq; Doctorem Dominicum Tetamam Phri-
sium, Judicij Imperialis Camere assessorem, ro-
gauitq; vt sibi aliquot leas gallicas ad hoc nego-
tium exararet, qui respondit, se quidem scire gal-
lice loqui, sed scribere nescire, Verum habuisset
famulum, Hubertum Thomam Leodium, qui sibi
per septem annos, dum Camere Judicium Worma-
tię erat, bona fide seruiuisset, hunc eundem, ducta
vxore, esse à leis fratri Ludouico principi Electori
in secundum iam annum, is posset quod ab eo pe-
tebat prestare, adit mox fratrem, et vt vocaret
impetrat, Vocatus propero Nucembergam suma
et intempesta hyeme, relicta in puerperio vxore
inter ignotos, nisi quantum vicinia duobus annis
ei conciliauerat notice cum puellula famula
Vix dum duodecim annorum, enixa autem
tum erat filiam Annam Camillam secundo
genitam habebat et filium Adrianum Pallantem
puerum amiculum, cuius gressus sustentabat auia

Hubertus ad Fridericum primum venit

materna, amis viribus destituta, in paruis ędiculis
in eo viculo Heidelberge, qui a ligeris appellatur, tenui
suppellectile, Vt tunc temporis erant opes mee sed
munda et letiore, quam impntiarum, reliqui autem
tantum peaunię, Vt vix esset quo hę mee copię donec
redirem alerentur, Discessi itaq; ob hęc ipa tristis
quidem, sed letus Vocantibus fatis, que me ab eo tempore
Varijs laboribus curis et erumnis exagitarunt, con-
seruarunt tamen in hunc vsq; diem quo hec scribo,
conseruabuntq; donec deo opt: max: visum fuerit,
Vt Nurembergam peruem, erant repotiorum dies
quibus populo in gratiam principum debacchari
plus solito Senatus permiserat, quare Vlisses
Lanios cerdones pharmacopolas coquos et mecha-
nicos id genus omnes sericeis vestibus indutos
aureisq; cathenis ornatos per ciuitatem discurrere
choreas ducere, canere, saltare, obsonari, mirabiliaq;
facere et excogitare, quibus exhilararentur principes,
ignari esse aucupia ad emungendam illorum pecu-
niam, dum enim sumptuosiora ipi et sui facere student,
ab illis emenda oia chariore pretio erant, tanta
sagacitate pollet Nurembergensis populus, Vt me
Vidit princeps, obtulit ille perbenigne manum, et
gratum sibi aduentum meum dixit, seq; Vsurum
opera mea post aliquot dies, et me quum opus foret
reuocaturum, interim deberem letus esse Vel apud
se Vel apud fratrem, post aliquot dies reuocor, dete-
git mihi negotium, conscribo litteras, mittit in
Hispaniam ad Leonoram, sed frustra, maluit enim
postmodum Regi Gallię Francisco apud papiam
capto nubere, reginaq; francię Vocari, quam ad Pa-
labinorum et Bauarię ducum titulos descendere
que Regijs decorata fuisset, Qua illi autem felici-
ter cesserit rursu hoc matrimonii postea latius declarabo,

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRINCI, PIS. FRIDERICI. CO: PALATINI RHENI DVCIS BAVAR: SAC: RO: IMPER: ARCHIDAPI, FERI ET PRINC: ELECT: LIBER Sextus:

Franciſci Seckingen Bellum

Idem Annus Vicesimus Secundus supra sesquimille simum non Principi Friderico tantum sed toti pene Germanię turbulentus fuit, Erat in Vasconia, qui sunt montes et regio dirimens Palatinatum a du, catu Lotharingię, Vir adprime nobilis et dives, ad hęc nobilium factione potens, magno animo et ad summa aspirans, promittente fortuna, si ea Vti nouisset, Franciscus ab Sickingen, qui postquam Vrbem Wormatiam, Ducem item Lotharingię Ciuitatem Metensem Langrauium Hassię bello lacessiuisset, et re Vbiq; prospere gesta ad conditio, nes quas volebat pacis descendere coegisset, elatus et (Vt fit:) successu rerum feliciter gestarum, mi, mium sibi adplaudens, et adulatoribus credens, qui illi maxima pollicebantur, ausus est Electori Tre, uerensi bellum indicere, et collecto milite, ante Ve, bem castra ponere, obsidionisq; speciem ostentare, et nescio quid non effeciset, ni princeps Elector Ludouicus Palatinus, prouidens quorsum tenderet nobilitas, Treuerensi tunc tanti, neq; credenti aduer, sum sese hęc Franciscum molitum esse, donec et aliquot oppida capta, et Treuerim obsessam intel, lexit, preparatas iamdudum suppetias misisset, quibus et aduentantibus a Landgrauio auxilijs animosior factus Treuerensis, Vrbem ingrediture, et eruptiones in Franciscum facere tentabat, quod

is animaduertens obsidionem soluit, et ad sua re-
diit, nec propterea remittere volebant de bello tres
ipi principes, sed coniunctis exercitibus delibera-
bant de continuando bello, et Francisco debellando,
m̃ fama inexpugnabilium illius arcium, vt fere
bantur, moti, in sequentem annum reiicere com-
puliset, tantum Cronenbergum, non procul a Treu-
cofordia oppidum adgredi statuũt, et ad deditio-
nem coegerunt, deinde copias domum reduxerant. Croneberg dedit²

Hec summarie volui tantum indicasse, quia pro-
priũ libellum, de hoc bello scripsi, et modo que
principem Fridericum concernunt recensere
mistituti est nostri, Is igitur considerans eos
qui Regimini Imperiali sibi adsessores adiuncti
erant m̃sibendo motus franciscanos continuari,
moras nectere, et illi aperte fauere, preterea
etiam magnos sumptus, quos eum facere oporte-
bat in tam splendida vrbe, vltra stipendia que
ab Imperio ordinata et attributa erant, non satis
facere, secum prependens, Locumtenentis officio
renunciauit, et ad Nouum forum rediit, suis
rebus prẽesse voluit, donec subsequens annus
vicesimus tercius superuenit quo tres confedera- 1523
ti principes Elector Palatinus, Treuerensis Epi.
Archiepus, et Hassię Landgrauius, Vere meunte
bellum quod per hyemem excursionibus tantu
continuauerant, conficerent. Misit Fridericus
Princeps fratri aliquot equites, Ipe domi iussus
remanere, vt palatinatum quem vocant vete-
rem in Norico ab insidijs aduersariorum tutaret²,
presertim a nobilitate franconica, que magna mobi
pro francisco iactabatur, fecerat ipe Regiminis

adſſorem ſupra nominatum ſuum Cancellarium
Joannem fuchſteinerum, is ipe quia nobilis habe,,
batur, et eſse ſtudebat, nobilitatis partes, cuius cauſa
franciſcus bellum gerere dicebatur, ita tutabatur,
Vt Principem Fridericum in eorum factionem attra,,
here multis modis, (Vt erat aſtutiſsmus) conaretur,
Quod quum ille recuſaret, et cauſam improbaret,
inſidiari Friderico cepit, et pleraq; in cauſa tutele
nepotum conſulere non bene honeſta, que poſtea
ad eos deferebat, et Principem Fridericum authore
inſimulabat, que Vt reſciuit Fridericus Vocatum
ad ſe, redarguit, et mendatium exprobrat, quod
audacter regerebat in principem, perſuaſum habens
fuchsteiner capit2 Sickingenſem rem, aduerſus principes fore ſupercio,,
rem, quare iratus Fridericus, juſsit illum duci in
Carcerem Ambergam, in turrim iuxta arcem,
que in hodiernum uſq; diem ab eo fuchſteiner de,,
nominatur. Vbi tam diu detentus, donec menda,,
tia confeſsus, et culpam intercedentibus amicis de,,
precatus, dimiſsus eſt. Quarto autem poſt eius li,,
berationem die ſuperuenerunt ab Electore lre, quib9
ſignificabatur, Sickingenſem occiſum machinis, et
arces eius omnes receptas, et in principum manus
traditas, inuentas quoq; ipſius fuckſteineri propria
manu ad franciſcum ſcriptas lras, quibus eum ad,,
hortabatur, Vt forti animo eſset, totum Regimen,
Imperiale ſibi addictiſsimum, et fauorabile, et pre
manibus adeſse, quo certiſsime ſe duce principum
ſuperbia retunderetur, et germana nobilitas ab
intollerabili illorum iugo liberata, impoſterum
de illis triumpharet, quapropter rogabat fratre
Fridericum, ne ipm dimitteret, Vt poſtmodum
de eo ſtatueretur, meritaſq; penas perſolueret,
Sed iam tum abierat ille, et conſcius ipe ſibi extra

ditiones principis Friderici secesserat, et in locum
ab eo remotum et tutum confugerat, Longo post
tempore perpetratis quamplurimis in quampluri-
mos, atq; in propriam Vxorem insignibus, et Vix
dicendis facinoribus, in summa egestate et mise-
ria mortuus est,

Anno 1524 celebrata sunt iterum Nurembergę 1524
comitia quibus interfuit Dux Fridericus tutorio
nepotum nomine, aduenere et ipi tres confederati
principes, qui ratione belli contra franciscum Sick
ingensem gesti reddita, grauiter Regimen accusa-
runt, quod non recte Vti essent sua auctoritate
neq; satisfecissent officio suo, pręter equum francisco
fauentes, Quare dimissis aliquot, tandem decre-
tum est multis de causis, Vt tum regimen ipm qua
Judicium Camerę Imperialis Esselingam conce-
derent, Vti et factum est,

Durantibus autem hijsdem Comitijs aduenere
Nurembergam Wilhelmus et Ludouicus Bauarię
Duces, iam tum in animo habentes, si quo modo
Imperialem dignitatem ad sese transferre et do-
mui austriacę adimere possent, Erat autem illis
a consilijs nobilis Doctor Eckius, Vir Vt inquit Ho- Doctor Eckius
merus polijtropos, id est Vafer astutus, et semper ali-
quid animo Volutans, quo suis Dnis presertim Duci
Wilhelmo excelso animo principi, nunc regiam
nunc Imperialem, nunc Electorialem digni-
tatem ambienti, aliquam tandem optatam Viam
inueniret et aperiret, hic nacta occasione, et nego-
tio principibus suis prius quorsum tenderet detecto

illisq; persuasis, quum quodam die Electorem Pala-
tinum et Ducem Friderichum prandio excepissent, omniq;
benevolentie signa ostendissent ita premeditata iam
dudum oratione, apud illos Vsus est,

D. Eckij oro

Genus Vestrum Illustrissimi atq; Clementissimi prin-
cipes, a magnis Regibus ortum habere, et locus Eu-
ropę antiquissimum et nobilissimum esse neminem
reperiri qui ambigat, firmiter credo, infinitosq; Im-
peratores reges Duces et principes dedisse, donec
concors et Vnanime remansit, clarius est quam Vt
Vlla probatione indigeat, Quod autem discors, sui
negligens et alienę potius curans, quam sui ipsius
tandem factum sit, Vt multum a maiorum suorū
animis degenerarit, deplorandum magis quam
multum dicendum censeo, Tum autem potissimū
euenisse creditur, quum Rudolphus Palatinus,
quo spiritu ductus nescio, Friderico Austriaco in
Electione Imperatoris suum suffragium dare ma-
luit, quam proprio fratri Ludouico, certum est,
Vnde mūnera p̄uenerunt mala, que longum esset
recensere, Illud autem manifestum est, ab eo tempore
res Austriacorum principum semper creuisse, et domū
eorum ex humili & ēditam maximam, Veram autem
imminutam, et in eum statum quo nunc est, et Vix
tuetur suum nomen, recidisse, et que olim regijs et
Imperialibus florebat titulis, Comitum et ducum
nominibus appellari contentam esse oportet, Spes
fuit nuper quum de Imperatore eligendo tracta-
retur, Vt tu princeps Ludouice eam dignitatem con-
sequereris, Sed Vt fama fert, delatam constanter
recusasti, et quum alio electo, auito Iure Vicariaty
p̄eminentia et honor tibi deberetur, et si Vnquam

alias maxima cum Palatinorum et celebritate et cõmo-
do Vt exerceretur, occasio fuit, quum prescire potuisti,
Imperatorem quem habemus nunc non posse diu citra
montes hyerere, passus es tamen illum tibi adimi,
et Regimen quod nunc est in hac Vrbe instituj,
quanto autem tuo, et Imperij bono, et seruisti nuper-
rimo francisti Sickingẽ bello, et Cancellarius
tuus Florentius a Vermgen paucos ante dies ele-
ganti oratione apud ordines Imperij declarauit,
Eo autem hac negligentia res recidit, Vt respub-
lica germanię atq; adeo romanum Imperium
per exteros, et linguę mrę ignaros regi, et guber-
nari contingat, et per interpretes, cum Dnis mis
loqui cogamur, et aliquando secretiora mentis mrę
sensa, Vilissime personę, qui linguam saltem calle-
at, concredere oporteat, Nolo quenq; nunc nominare,
neq; que certo scio mihi futura videntur dicere, Vos
ipsi cogitate, et palam est omnibus, In tempore me-
dicinam adhibete, que hactenus discordia attriui-
stis, concordia resarcitote, in commune de cõmodis
Vris, de reparanda et augenda Vra domo deli-
berate, sint discreta noia, sit Vna domus Pala-
tina et Bauarica, Vna mens, Vnus animus,
Vnum et idem, Velle et nolle, Nunq; ab oculis
Vris discedat sapientis aureum dictum, Concordia
res paruas crescere, discordia maximas dilabi et
cito perire, Tum demum et florentes Vos aspiciam,
et ab hijs adorari, quorum clientes Vos nunc esse
pudere deberet,

Postq; Doctor Eckius hęc, et plenaq; alia in hanc
sententiam disseruisset, nemo fuit qui non adpro-
baret, sed quorsum tenderet ignorabant, Elector
Palatinus et Fridericus, candido et sincero animo

principes, omnia Verè dicta dicere, nunq; per se
stetisse, quo minus obseruata hactenus fuisset ami-
citia, ab ipis Bauaris semper orta incõmoda que,
cunq; Vtriq; domui contigissent, non essetalspan-
dius Vsq; adèo Rudolphus, cui pater prętter mo-
mentaneum honorem dignitatis electoratus, id
est Vita sua tantum durante Vix quicq; Vltrà
de patrimonio ordinatione sua attribuisset, Pa-
latinatus enim tum humilis et non dives erat, nomen
potius quam principatus, et, Vt dicitur, honor sine
fructu, qui si impriarum ampliatę foret, non
opera Bauarorum, sed solum Palatinorum fac-
tum esse, imõ nuperrimo bello, quod Bauaricum
Vocant, à patre Vro ortum, quantum Vicium
illi detractum sit, non ignoratur. Nè Vltra per-
geret dicere Elector, qui Vino incaluerat, excepit
Guilhelmus, et inquit, Charissimi consanguinei,
nè accusemus nunc maiores nros, talia fuerũt
tunc tempora, tales mores, impns consultemus,
si quid ab illis peccatum sit, prudentiores eorum
exemplo facti, resarciamus, quantum ad me, et
fratrem meum attinet, paxati sumus, Vel Vitam
pro Vobis ponere, nihil ficti, nihil simulati in
nobis deprehendetis, Vra cõmoda bonum et ho-
norem pro Viribi mra promouebimus, nihil erit
impostrum quod Vra causa non sumus libenter,
et alacri semper animo subituri, Acceptant Elector
et Fridericus, bona Verba, et Vicissim non pauciora
promittunt, iungunt dextras, sit incredibilis amor
et amicitia repentè inter tam diu disiunctos prin-
cipes, maximam oĩm suorum leticia, conscribunt-
pacta, quibus omnis rancor pristinus abolebatur,
summa benevolentia et amor conciliabatur, nihilq;
relinquebatur quod ad synceram et perpetuam

Tractat inter Duces
Bauariæ et Electorẽ
& Fridericũ Palatinũ

amicitiam confirmandam attineret, addatur et hoc inquit Eckius, Vt preter hec omnia, antiqua ma-
iorum Vestrorum pacta, amicitie et confederationes, in suo robore et vigore remaneant, et obseruentur, hoc ad stabiliendum nouum Vestrum fedus plu-
rimum momenti adferet, adprobatur ilicò et ch-
artis diligenter inscribitur, Vndè Guilhelmo post-
modum occasio fuit, Vt Electionis dignitatem ad se pertinere post mortem Ludouici Electoris co-
tenderet, et ad Fridericum spectare pernegaret, Vt postmodum latissimè declarabo,

O doctor Eck quor so hyr

Hijs peractis cotidiè alter alterum inuitare ad conuiuia, omnia excogitare, que inter amicos fidosq; cognatos fieri consueuere, et quia mul-
tam amicitiam sepè torpescere existimarent, et magna indies fieret adcessio crebra conuen-
tione, Vbi de rebus suis inter se communicarent, Excogitant ludum Balistarum, nunc apud hunc, nunc apud illum certis temporibus, et per vices celebrandum, Prima sors obtigit Lu-
douico Electori, qui finitis comitijs Heijdelber-
gam rediit, et que ad celebritatem ludorum per-
tinebant, diligenter adparari curauit, iuxtà Heijdelbergę muros, propè eam portam, qua Spi-
ram itur, Vbi est amplum, et amenum pratum, in eo versus montem erigebatur scopus, in quem emitterent sagittas, in cuius cacumine fons ma-
gna arte perductus statuiebat, et in altum sub siliebat, Vbi autem sagittarij residerent, nè sol visui et dirigendis sagittis officeret, vel pluuia infestaret, erecta erant hemitheatrica figura tentoria et papiliones, conuenerunt autem in-

ludus balistarū

uitati Viginti principes, multi comites et Barones,
et ex ciuitatibus innumeri ciues, proposita enim
erant Vincentibus in arte sagittandi premia certa,
Nè autem tantus sumptus ludorum causa factus
diceretur, et omnis suspitio tolleretur, quę iam tum
inualuerat, tot principes propter ludos haud cre,,
dibile esse conuenire, statuitur nè imposterum
leges bibendi ad equales haustus amplius biberetur, nemo alteri
plenum aut dimidiatum scyphum propinaret,
Verbis Vel nutu aut quouis signo Vel modo, sed pla,,
cidè quisq; quantum natura poscceret insumeret,
sancta profectò constitutio, que quamdiu obseruata
fuerit, pudet pigetq; dicere, radices egit apud ger,,
manos hoc vicium et prauus mos bibendi, Vsq; adeò
altè, Vt Vix Vnq; extirpari potuerit, Imò inualuit
intantum, Vt modo non Vitio, sed honori attribuat;
si quis egregiè biberit, et qui non secerit conuiuijs ex,,
ibilat⁹ et irridet⁹, Vt olim apud Milesios, qui frugi
esse Volebat;

Epus trisingen Venerat etiam ad hos ludos spectandos optimus
et Verè sanctus Episcopus trisingensis, Philippus,
Comes quoq; Palatinus, qui pluris fratrum et nepo,,
tum concordiam faciens, quam quicquid ludicri
ostenderetur, animum à sollicitudine futuri, Voluit
liberari, qui illi presagibat, inter eos fore magnam
dissensionem, si Electori fratri, qui prolem aut
Vxorem, a qua sperari posset, non habebat, aliquid
humanitus contingeret, et si enim per patrem Phi,,
lippum testamento prospectum esset, ad quem
tum Electoria dignitas, et Palatinatus perue,,
nire deberet, nempè ad principem tridentinum,
Intelligebat tamen non deesse quosdam qui Duci
Ottoni Henrico, et fratri eius Philippo, persuadere

conarentur, Iure primo geniture ad eos pertinere, Tractatg⁹ cū Duce Othone
etenim quia ius aureę Bullę deficientibus liberis, Henrico et philip.
proximum ad successionem vocat, pater autem
eorum Dux Georgius maior Friderico natu fu-
isset, et ipi in locum patris succedere se debere
pretenderent, eaq; de causa Iurisconsultorum in
germania et Italia consilia conscribi fecissent,
Verebatur nè res in controuersiam, et discrimen
vocaretur, quare apud suos fratres et nepotes in
tercessit, Vt super eo negotio amicabilem admit-
terent compositionem. Vt vocant tractatum, quod
reuerentia sancti, Vt dixi, Episcopi moti, Vnani-
miter amuerunt, Ille autem omnes suas curas
adhoc intendens, tandem Vt Fridericus fratri
succederet, sinè controuersia obtinuit, post Fride-
ricum, Dux Otto Henricus, aut si ille in huma-
nis non esset, Philippus, post Philippum, Wolffan-
gus adiectis quibusdam conditionibus, quas hic
recensere minimè opus existimo; perfecto bono
hoc opere, et quo salubrius palatinatui contingere
non potuisset, finitisq; ludis, quisq; ętv ad sua reuertit:

Non multorum dierum postea interuallo, Dux Fri- Ludi baḥstarū am:
dericus Amberge, non minore adparatu, ità Vocate berge
ordine, eosdem ludos celebrauit, licet non tanta
principum frequentia, quod plerią eorum qui
Heidelberge fuerant, suas ditiones indè nimū
dissitas haberent. Deinde Dux Ludouicus Ba-
uarie, reliqui in sequentem annum, qui fuit Vi-
cesimus quintus reiiciebant, quo ordine quisq;
suo conuenire decreuerant, Sed interuenit in-
gens calamitas, que fere totam germaniam in
luctum coniecit, et parum abfuit quin prideret,

Bellū rusticorū

Ea euenit ex seditione Rusticanę plebis, que in Ithe-
goia primum de suis dnīs, quasi inmio seruitutis iugo
premeretur, conquesta, et indebita onera excutere vo-
lens, ad arma concurrit, nunexoq; confisa, prouocat
Vicinos Algoios, et illi alios, aliiq; alios, et item illi alios,
doner ferè tota superior germania eadem Vesania
corripieretur, et in omne facinus procuperit, ausi
namq; sunt subditi suos dnōs et Vt vocant, supe-
riores ad iniquissimas leges compellere, neq; illis co-
tenti, è sedibus suis eijcere, mortem minitari, occi-
dere nonnullos, arces, cœnobia, ecclesias spoliare,
demoliri, incendere, nihilq; non facere quod te-
terrimo bello pessimus hostis perpetrare solet, eoq;
euaserat clementię, Vt plerisq; etiam cordatissimi
principes, Comites, totaq; nobilitas, et imprimis
ecclesiastici omnes, actum de se Vniuersaq; repub:
irremediabiliter, et constanter crediderint, Ni de-
us qui huiusmodi contrā magistratus quos ipse
ordinauit, motus, nunq; impunitos relinquit,
aliquot principes excitasset, qui nobilitatis et
bonorum ciuium nondum eo malo infectorum,
aduocato subsidio, rusticos tumultuantes, adgres-
si fuissent, et fugatos, magnaq; strage Varijs in lo-
cis edita, repressissent, Inter quos Elector Lu-
douicus ad quem Heydelbergam Virorum prin-
cipum, Comitum, et aliorum multorum magna
multitudo confugerat, nullum boni principis
offitium pretermisit, Vt peculiari quodam libro
descripsi, quare de tristi hac materia plura non
addam, nisi que principem Fridericum concer-
nunt, Is in noricis siue in Veteri Palatinatu,
et si à suis mirum in modum diligeretur, tamen
sollicitati à rusticis Vicini Episcopatus Eistetten
non quieturi animaduersi sunt, Ille autem cer-

nens in celeritate pluximum esse momenti, ex tem-
pore quotquot potuit conscripsit equites, et peditũm
nonnullas cohortes, quibus confideret et tormenta
campestria ducenda committeret, et in rusticos,
qui magno numero in eodem Episcopatu congre-
gati referebantur, mouit, castraq; ex composito
latiora non procul ab ipis rusticorum castris
iuxtà oppidum freijstat metatus, in sequentem
diem confligere statuit, Sed quia animaduerte-
bat è suis nonnullos conflictum propter paucita-
tem suorum, et ingentes rusticorum copias, diffu-
dentes, tum etiam quia natura mitis et clemen-
tissimus princeps, oia prius sibi tentanda, quam
sanguinem effundere sibi proposuit Quare ad
rusticos misit qui dicerent, se iam eo animo et
viribus adesse, Vt ex eis Vnum nullum euadere
sineret, nisi protinus ab armis discederent, et
quisq; ad sua munia rediret, quod si facerent
se sua humanitate eis parcituum. Illi Vt hec
audiuere, colloquium petunt, et ad ipm legatos
mittunt, qui quidem rusticos paratos ad obedien-
dum, et ab armis discedendum renunciant, ea
tamen conditione, nè quod egissent, cuiq; fraudi
foret, neue à suis dnis ad penam Vocarẽtur
Respondit Tridericus se alterius factum pro-
mittere nolle, hoc tamen sanctè polliceri, se
ommem operam datuum, Vt in gratiam rei-
piantur, et ab illis, Vt offensa ommis condona-
retur, intercessuum, adhec respondit legatis
non audere se hec ad suos referre, quos perti-
nacissimos esse cognoscerent, et nequaquam
arma dimissuros, nisi de postulatis securi redde-
rentur, ad que Tridericus, abite igitur, et illis
renunciate crastinum diem de hac controuersia

iudicatuum, atq; ita tristes discessernnt. Spe igitur
Tridericus frustratus, decertare et de fortuna peri-
clitari constituit, dehortantibus, vt dixi, plerisq; ob
paucitatem suorum aduersus tam ingentem mul-
titudinem que ferebantur ad octo milia, quum
ipse supra ducentos et quinquaginta equites, et pa-
ucos pedites in suo exercitu, si exercitus dici me-
retur, qui vix cohortem explebat, non haberet; hos
iubet secunda noctis vigilia paratos adesse. Vt antè
diei crepusculum hostes ex improuiso adoriretur.
Interim dimittit nonnullos qui quid agerent rusti-
ci diligenter explorarent, quorum vnus statim a
media nocte rediit, qui Tridericum vt decet bonū
imperatorem, seu ducem, non dormientem, vt ce-
teri, sed animo voluntatem, quo modò suis suo-
rum sanguine et incommodo hostes adoriretur, et
prosligeret, inuenit, et insit. Illustrissime princeps ad
sum bonus angelus, annuntio enim tibi omnes rusti-
cos desertis castris, et impedimentis relictis dispe-
rsos et fugientes abijsse. Incredulus adhec princeps, et
irato animo, O inquit proditor mentiris, sed non
me decipies, prius enim de te extremum sumam
supplicium, adhec ille, omninò inquit, Vt voluerit,
modò scias me nihil esse mentitum, qui que dixi
hijsce meis oculis viderim. Letus responso prin-
ceps diligentius de omnibus interrogat, que post
verisimilia intelligit, et superuenientibus alijs eadem
renunciantibus, hominem collaudat, et euangelium
daturum se spondet, moxq; suos omnes excitari
iubet, remq; omnem detegit, qui iam posito metu
audatiores facti, persequendos fugientes suadent,
correptisq; armis, et incensis equis ingrediuntur iter,
Vt vero iuxtà arcem Mesmgen, quam occupaue-
rant rustici peruenerunt, inueniunt, vt remun-

ciauerant exploratores, rusticos omnes dispersos et
ad sua quemq; rediisse, armaq; deposuisse, Pergit
nihilominus princeps ad oppida recipienda que
à fide Episcopi defecerant, que smè mora sese de-
diderunt, delictorum Veniam deprecantes, Ve-
rum nullam pollicitus princeps, tantum interces-
sorem se futurum, clementer respondit, omniaq;
Episcopo restituit, cohortantibo plerisq;, Vt saltem
Vicina Nouo foro duo oppida Berchtngam et Bern-
griesam retineret, atq; ita repressi et sedati sunt in
Norico motus,

Reliquam anni partem Fridericus cęteriq; Ger-
maniæ principes tantum sedandis et precauen-
dis seditionibus intenti, domi transigebant, quū
durante et retracto in Italiam bello, Vt supra dixi,
Cęsaris exercitus victor Galliæ regem franciscū apud Papiam profligatum et captum, in Hispa-
niam peduxisset, vbi in custodia vsq; in annum
sequentem Vicesimum sextum detentus est, In
cuius anni principio, Archidux Ferdinandus comitia ad Augustā
comitia ad Augustam Vindelicorum, indixit,
et Vt Fridericus princeps nomine austriæ inter-
esset impetrauit, Verum quia ferè nulli, aut pau-
ci comparebant principes, nihil actum est, sed
tantum de alijs comitijs Spiræ celebrandis con-
sultum, atq; decretum,

Interim quia Intelligebat Fridericus ad Cęsarē
perlatum eos conuentus, et ludos, quos ipi princi-
pes inter se habuerant, monstri quid alere, pre-
sertim quia interdum id egerat Guilhelmus
Dux Bauariæ, Vt Elector Ludouicus, et ipse

Gallorū rex captus

Conuentꝰ in Elwan: gen

princeps Tridericus ad Eluacense oppidum ad fratrem Henricum conuenirent, Vbi quid iam dudum in animo habebat deterit Dux Guilhel-

Dux Bauarie Imperii ambit

mus, Nempe Imperiū esse sine Imperatore, Caro-lum agere in Hispanijs, parum de germania solli-citum, et eius absentiā factum, Vt preteriti anni rusticorum motus excitati fuissent, quibus sedan-dis nec re nec verbis adparuisset. Ferdinandum nihilo plus fecisse, cui ob manem locitenentis pre-eminentiam parere cogeretur Vniuersa germa-nia, atq; principes obedire ei oportere, qui potius alijs, Vt pote non vsq; adeo Veteri stemate clarus, obsequi deberet, tempus adesse, Vt Imperio de rectore prouideretur, quandoquidem desperandum de Caro-lo, qui illud Hispaniarum regnis, ne si velit quide preponere vellet, Vel posset, patere latum campum ad exūendum Ferdinandum auctoritate et pre-eminentia, et euehendum domum Palatinam et Bauarie ad maximos honores, et commodita-tes, Querente Electore quo modo et quali via, Respondit Si de eligendo Romanorum Rege meditarentur, quod sepe factum, et Veteribus et nouis exemplis comprobaretur, quod Impera-tor egrè ferre non imminuta sua auctoritate ne-quiret, et item demum fieret Vt Regimen et locitentis potestas misceretur, Rursum sci-citante Electore, quemnam idoneum ad id, ipm existimaret, te ipm inquit, Vel fratrem tuum Tridericum, atqui respondit Elector, quis feren-dos nobis suppeditaret sumptus, qui non suffici-mus minori multo dignitatis nostre ducalis sme Palatinę tuendę exiguitati, ad sumptus inueni-endos mille inuenientur modi respondit Dux Guilhelmus, et hijs querendis rusq; tibi dero,

Quum contra multa ab Electore allegarentur,
neq; ex re sua vel fratris id esse, prorsusq; se ad
id animum inducturum, negaret, quod gestie-
bat Dux, tandem de pectore erupit, et inquit,
Si quidem tam pertinaciter reluctatis, agite pro
mea amicitia, me qui et fortunis et dignitate
sum inferior, ad hanc iuuate, ego vt eam tueat
videro, et ne id frustra faciatis, spondeo me cen-
tum milia florenorum vobis daturum, et mox
pignoris loco donec persoluantur prefecturam,
quam tum nominauit, sed mea memoria ex-
cidit, accipitote. hec audiens Elector multa
diuerticula cepit quærere, quibus Ducem ab
hoc proposito amoueret, quum vero persisteret
multaq; allegaret, cur ex re vtriusq; domus
Palatinę et Bauarię, imo totius Imperij foret,
neq; persuadendi neq; dicendi finem faceret,
subderet, de alijs Electoribo mihil se dubitare,
quin facile posset ab hijs, quod vellet impetrare,
tandem Elector vt concludamus inquit filie,
cte consanguinee, si ita est, vt dicis, et tibi per-
suadeas, mihil pretermissurum me quod ami-
citia mea requirit, et fides mea erga Roma-
num Imperium exigit, et postulat; gratias
agit Dux Guilhelmus quam potest maximas,
et se voti compotem factum credens, non
destitit apud alios Electores sollicitare, eode
propemodum tenore, creditura, nonnullis
persuasisse, et in suam pertraxisse sententiam,
quod ipm, vt mihil fit, tam occulte, quod aliquando
ipa dies non reuelet, hec moliri Ducem Guil-
helmum, ad Cesaris Caroli aures statim per-
latum, et Fridericum suasorem primarium

Friderici decreuit ire in hyspaniã

adsertum, que postq̃ resciuit et fratri detexit, constituit adire, in Hispaniã ad se purgandu, Cesarem, Vt etiam que sibi debebatur, certam pecunię summam exigeret, et extorqueret, Mouebat eum etiam Leonora, quę apud fratre Vidua degere, et nomihil spei de se facere, renunciabatur, sed proh dolor captus eodem amo apud Papiam Gallorum rex Franciscus, et in Hispaniam Madriciam perductus omnia interturbauit, Vt postea dicam,

Comitia Spirẽ

Dum se ad iter apparet Dux Fridericus superuent annus Vicesimus sextus, ad cuius principium Archidux Ferdinandus ad Augustam Comitia edixerat, quibus Vt interesset nomine domus Austriacę Fridericus, idem Ferdinandus precibus obtinuit, Verum ex principibus paucis eo conuenientibus ad Spiram proxima estate celebranda, reiecta sunt, hinc, Ad pascę festum paucis comitatus Fridericus Venit Heÿdelbergã, Vbi non diu moratus, iter ingreditur, primoq̃ die quia Dux Henricus Episcopus Wormacien, sis frater, eum incomitatum dimittere nolebat, ad Ogersheimum oppidum medio itinere inter Spiram et Wormatiam duntaxat progressi sumus, Vbi copiolas nostras recensuimus, erant autem omnes Viginti, quorum precipuis, Dñs Georgius baro ab Heideck, Wolfius a Mulhem Marschalus, Doctor Joannes Langius medicus, tam eruditus, quam suauis et iucundus Comes, et ego quoq̃ adscitus sum Secretarius et arationibus et sumptibus scriba, Ibi dimisso fratre sequenti die ad Cesaream Lutheram peruen,

mus deinde ad pagum Kibelburg in quo eo liben-
tius pernoctauimus, quia rustici animo preterito
in fide permanserant, et pauci admodum mag-
nas seditiosorum copias fuderant, et ad deditio-
nem compulerant, Nihilominus tamen nobis
timendum erat a reliquijs Francisci Sickingen-
sis, cuius arx semidiruta Nanstallum, duobus
inde distabat miliaribus, quare necessarium
Visum, Vt pagani ea nocte Vigilarent, et custo-
dias agerent, quibus Vinum adsatim prebere
iussit princeps, Ad Oppidum sancti Wende-
lini deinde concessimus, Vbi Archiepiscopus
Treuerensis principis aduentum exper tabat, qui
multa inter sese collocuti, adiunxit nobis co-
mitem doctorem Vdalricum Consiliarium
suum, quem Vno equo, ne grauaret principem,
proprioq; sumptu, mittebat ad Cesarem, Viru
certe bonum, sed plus equo de tanta ceumena
parcum, Vt qui preter paucos arborum fructus
nihil Vescebatur, quod illi male Vertit, Vt postea
dicam, obtinuerat etiam a principe Petrus
Scher Vt admitteret in suum comitatum iuue-
nem quendam sue coniugis fratrem, nomine
Vendelinum, qui etiam non redijt domum,
Walderssinga oppido Lotharingie a candidissi-
mo pane et Lazuro, qui ibi finitur, et effodi-
tur nobili, ad celeberrimam medomatricum
Vrbem deuenimus, postea ad Samuelum Vetus-
tissimum oppidum, ad Barrum item tripo-
lim et Vitricum nuper a Carolo Imperatore
solo equatum et Cathalaunum amplissimam
Vrbem, Aspernacum, ad Castrum Theodorici,
ad Lafferte super Matronam fluuium, Ad

Kbelburg

S. vendelinus

Doctor Vdalricus Fabricius.

Waldersingen

Metis

Barrū

Vitriū

Cathalaunū

Joannes Blavia

Gregorius pinerna

Agolisma op.

Fluuius mirabilis naturę

Acheron flu.
Carantonus Ausonio
La cherante gallice

Meldensem, et demum ad Parrhisios Vrbem, in
qua aliquot dies ad equorum quietem mansi-
mus, Expectantes etiam Joannem Mariam
Italum, Virum quem iamdudum ad Cesarem
premiserat, Vt de aduentu suo illum certiorem
redderet, et an se ferre posset exploraret, quum
autem neq; ille Veniret neq; ab eo lre, et fama
diuulgabat liberatum Regem Franciscum, tra-
ditamq; ei in Vxorem Leonoram, misit per eq-
uos dispositos pincernam suum Georgium, qui
Joannem Mariam requireret, et se certiorem
de omnibus faceret, Interim dum ille abit
nos iter arripimus Versus Aurelianum. Bla-
siam, Ambasiam, Turones, et inde ad sinistra
deflectentes qua Via fert ad Agolsmam per
multa oppida transeundum fuit, Ideo autem
a recta Via diuertimus quia Rex liberatus,
eo Venire dicebatur, Vt dijs penatibus pro sua
liberatione Vota persolueret, ~~et~~ in eo oppido
in quo educatus et nutritus fuerat, Jacet autem
in excelso monte, ad cuius radices fluuiolus
fluit mirabilis naturę, is haud amplius Vno
miliari inde ortus, in mense Maio, per quin-
decim dies aut ad summum tres hebdomadas, e
sua scaturigine incredibilem euomit piscium
copiam, pręq; magnitudinis, et tam bono sapo-
re, Vt sepe dęierarim meliores aut sapidiores
me nunquam edisse, liberum est autem Volen-
tibus piscari, Vsq; ad aliquot passus citra os fon-
tis, qui relinquuntur et reseruantur in Vsum
regię mensę, piscandi, Non autem Vltra mi-
liare germanicum fluit, deinde in Acheron-
tem fluuium, qui per Xantones labit, exonerat,

Dum Vnum et alterum diem Angolisme mora, Cognaci op.
mur, certior fit princeps Regem non tam cito
Venturum, sed aliquot dies Cognaci apud ma,
trem que illi obuiam erat hesurum, Est autem
Cognacum oppidum non magnum quidem, Verū
regis francisci natiuitate, arce et Viridario se,
raxumq; Vinario nobile, premiserat autem
princeps Fridericus suos epidimeticos, qui nobis
de hospicijs prouiderent, quum Vero propterim,
gentem hom̄ multitudinem qui ad salutan,
dum redlucem Regem ibi confluxerant, nul,
la inueniri possent, necesse fuit Regi indicare
principis aduentum, qui gratissimum sibi res,
pondit, et potius hospitio sese cariturum, quā
ipm optimis improuisum, esse patieretur. Cęterū
quia a patria iamdudum absuisset, adesset hom̄
Valetudinariorum īmumerosa multitudo, qui a
se sanitatem implorarent, cui impertiende, Vt
Vocaret, trium quatuorue dierum tempore opus
esset sibi, quod si interueniret princeps non pos,
set eum pro desiderio cordis sui, Vt loquebatur,
eum excipere, et tractare, Quapropter rogabat
ne grauaretur suum ad se accessum tantisper
differre, donec ei rei operam impenderet, et in
arcem pulcherrimam non procul inde distan,
tem secederet, quod, Vt par erat, liberaliter fecit
princeps, et Regie Voluntati paruit, tractaba,
mur autem a Viro nobili (cuius erat arx) splen,
didissime et lautissime, Inuisebant etiam prin,
cipem singulis propemodum horis Viri nobiles
a rege missi, qui de Valetudine principis scisita,
rentur, exhilararent et tedium temporis con,
tabulationibus et ludo subleuarent. Quod si

Rex scrophulas sanat
dus esmillers.

ˆgallos

Si quis requirat, que sit hec regis sanatio, rese-
ram libenter, que super ea re plerique etiam mag-
ni Viri mihi constanter affirmarunt, Labo-
rare dicunt ˆpeculiari sanctum morbo qui a
greais xoiqas, a latinis gule tumor, struma siue
scrophula appellatur, et a nemine sanari nisi
ab ipo rege potest. Regibus francie autem
id doni a deo impetrasse diuum, si bene me-
mini, fiactum perhibent. Certo autem an-
ni tempore presertim quando is morbus gra-
satur, Rex confitetur et sese ab omni vicio-
rum labe et contaminatione quantum potest
purgat, et sacram Eucharistiam cotidie per
quatuor dies deuote sumit, deinde procum-
bentibus ante se morbo predicto laborantibo,
Vnius cuiusq; ordine guttur in crucis formam
tangit, et statim postea liberatur, Vt ˆcredam,
facit sacra sancta tanti regis maiestas, que
huiusmodi actum non exerceret toties,
nisi sciret certum euentum habere,

Rex Anglie emulus
Regis francie

Dum hec scribo non possum mihi temperare
quin de Regibus anglie scribam quod nũc
in mentem Venit, q semper emulati sunt
francie Regibus, neq; intra multos annos
vnq; bene conuenerunt, sed sese summo odio
prosequuntur, atq; adeo acerbo, Vt gens anglica
que plurimum Valet arte sagittandi, despi-
gat pro scopo hominem francum in quem
docent pueros dirigere sagittam, inquientes,
discite ferire francum, neq; feriari die festo
diui Martini Volunt, quia franci eum diem
festum agere nolunt, quo aiunt diuum Thomã

Archiepm̃ Cantuariensem martirio coronatū, Rex Anglie spasmo
Rex anglię se Regem frantię appellat et medetur
scribit, et Vt nusq; Regi frantię credere vi,
deatur, se a deo quoq; singulare domū habe,
re medelaq; spasmo siue contractioni nervorū
profitetur, et quo maior eius auctoritas ha,
beatur, non demittit se ad tangendos hom̃ ar,
ticulos, sed annulos aureos et argenteos qui,
busdam ceremonijs consecrat, quos dono dat Vel
Vendunt aurifabri, et Vt illum hoc facere certo
scio, quia ~~mihi~~ Rex Henricus octauus quum
essem a principe ad ipm̃ missus, mihi sexagin,
ta dono dedit, sic an hanc Virtutem et effica,
tiam habeant, ijs iudicandum relinquo, quibus
illos impertiui, quia hoc morbo nunq; deo sit
gratia impeditus fui, Hac in re Vnum Ve,
hementer sum admiratus quum, Vt dixi,
Reges Anglię se francię reges et esse et apel,
lari volunt, cur non et ipi scrofulas sanent et
testimonium a superis inde petant de suo ad
Gallie regnum iure, Sed de hijs plus satis, nuc
ad historiam nostram redeo,

Absoluto medendi offitio Rex franciscus ius,
sit principem accersiri per regni primarios
et inter illos aliquot Cardinales, qui illum
in arcem recta perduxerunt, Vbi Rex e
conclaui ei obuiam venit, et amplexus, ad il,
lum, inquit, profitisceris, mi consanguiner, in
Hispaniam, Vnde redijsse me Vehementer
gaudeo, non enim inhospitaliorem et gentem
et terram subsole esse credo, licet de hospitali=

tate quantum ad me pertinet nihil possim
conqueri, Vbi et dies et noctes itu obseruatus
fui, Vt ne momentum quidem reliquerint, quã
quid agerem inspicerent, et plusq; lynceis oc-
lis, diligentissime oĩa circa me perscrutaren-
tur, nequid Vel adesset Vel abesset mihi, tan-
tum autem placuit Hispania, Vt imposterum
decreuerim potius mori, quam in eius gentis
recidere manus, quapropter non parum libe-
ris meis condoleo, qui ab eis obsides detinẽ-
tur, Spero tamen Imperatorem eos cum Leo-
nora coniuge mea, que potius tua esse deberet,
~~Imperatorem~~ remissurum, et Vt faciat quam
primum ad eum Venetis, queso quantum in
te erit, Vt promoũas, et quum multa de sua capt-
uitate et liberatione addidisset, iussit pemi-
pen in cubiculum in arce paratum deduci,
quem ad aliquot dies apud se retinuit, et cotidie, nunc
Venationibus, nunc deambulationibus exilarare
satagit, quibus delibutus princeps, discedendi
facultatem tandem impetrauit, ea conditione,
Vt in reditu suo regem inuiseret, adiunxit
Rex etiam nobilem quendam Virum comitẽ,
qui nobis per totum regnum quocunq; iter erat
de hospicijs prouideret, iuberetq; Vt non secus
a ciuitatum magistratibus reciperemur, et ob-
seruaremur quam Regis ipsius persona,

Secundo post discessum nostrum die a Cognaco,
ad Xanctonum promontorium, in quo est op-
pidum Blauia, in mare longe prospectans, per-
uenimus, Vbi ea que de Rolando primo Comi-
te Palatino, primo libro dixi, Vidimus, et con-

tigerunt, deinde naubus Burdigalem maximã Burdigala
et splendidissmam aquitanię Vrbem, deuecti
sumus, Vbi Joannem Maxiam et Gregoriũm,
quam ex Parrhisijs per equos dispositos premisi-
sse principem diximus, offendimus, qui illi
renunciant Cesarem ex Hispali Granatum
petijsse, et Leonoram cum Regijs pueris ab
legatam ad Galliam tendere, Quapropter
dubitabundus princeps, qui illi occurrere no-
lebat, per Vascõne solitudines iter facere in-
cepit, Quum autem a longe inciperent nobis Ausonius Poeta
apparere Basaci menia, de Ausonio poeta
Gallo, Doctor Joannes Langius medicus
et ego, Vt itineris tedium subleuaremus, multa
inter nos garriebamus, et ego pro more meo
egregij Vatis carmina quedam Cantillabam,
que audiens, Vir quispiam, qui nos a Burdiga-
la secutus erat, minimo a nobis semper spatio
se medium inter nos ex professo comecit, et
mox [illegible], oblectant Vos inquit mei poete Vt
audio iucundissima carmina, cuius maiores,
que Vobis nunc adparent oppidi incoluerunt
menia, natus ipe Burdigale, quod ipm Vno
eleganti expressit Versu, Vasates patria sed
lare Burdigala, Ad quem ego, adorandum Basarũ
plane omnibus Gallis oppidum, quod in luce
diuini Vatis protulit maiores, debere autem
musis credo, qui illum Burdigale potius ame-
nissima Vrbe, et õm rerum abundantissima,
nasci Voluerunt, quam in Basaci deserto et
arido solo, Videmur enim postq Burdiga-
lam reliquimus, et in has solitutines perue-
nimus, ex amenissima tempe, in cimerias re-

De filice iucunda con-
fabulatio

giones iam intrare, Non enim arbores Vllas
aut herbas Video, sola filix hic regnat, et oia con-
tegit, Tum ille, Crescit ne in Germania inquit
filix? Crescat, inquam ego, in magna interdum
copia in cesis et exustis siluis, In quem Vsum
ait? In nullum inquam prorsus, cui Vsui enim
Vernet herba Vilis et abiecta, quam Plinius
diligentissimus nature inuestigator, nec florere
nec fructum ferre adserit, Ad que ille blando
adridens Vultu: O amici inquit, non est modo
locus multa de Plinio dicendi, alioqui Vobis
facile ostenderem, quam nihil propemodum
iudicij, Vel habuerit, Vel Vt mitius cum eo agam,
adhibere noluerit in rebus naturalibus, satis
feciße putans, si Veluti in centonem, quecunq;
apud diuersos scriptores legisset, congessisset suffar-
cinator, qui fraga semen quoq; habere ignorasse
Videtur, quemadmodum et filicem, et acceptа
filice, que in suma copia nos Vtrinq; premebat,
ostendit inuersa folia scatere pustulis quibusda,
quos flosculos esse, et postmodum ad autumni
principium granula fieri aiebat, et nullo negotio
colligi posse substrato Vel sagulo Vel pelli sup-
posita, deinde subdit, filix nobis ignem prebet,
filice casas tegimus, Vias substernimus, Vbi pro-
fundum est lutum: Sepes inde conterimus, ex
cinere filicis Vitra conficiuntur, quibus passim
gallia Vtitur, et inde regi est magnus proven-
tus, habet preterea filix singularem quandam
et reconditam Virtutem, quam ne Vos doceam
Vra temeritate in calumniandа et flocci facienda
filice effecistis: Cum Vero Vt doceret instarem,
et palinodiam me cantaturum promitterem,

quia recordabor me aliquando ab amicis
multa audisse de filice, et illius esse admi-
rabiles vsus in magia, reluctatus est ille, et
negare constanter pergit, donec in oppidum
peruenimus, et nobis valedicens, se ad amicū
diuertere diceret, nos in hospicium concessimꝰ.
Paulo post quum instaret cenandi tempus, reuer-
titur ille adferens vinum, lactucas capitatas,
melones et pepones aliquot, que principi dono
dedit, a quo iussus est ad cenam manere, qua
re, letus ego insurraui principi, que in ibinere
nobis de filice dixisset, et vt mysterium quod
nobis aperire noluerat, expiscaretur, obtestabar,
princeps quid peterem, statim illi detexit, ad
que subridens ille, indignus est inquit de filice
secretiora scire mysteria, qui eam ita contempsit,
et de ea tam male mereri studuit, vnum tamen
illi dictum volo, tantę esse efficatię et virtutis
filicem, quod si eam nossent in Germania mulie-
res, et in Hispania, in quam nunc proficiscimur,
summi etiam viri, multo auro pluris facerent.
Deinde precatus vt filicem esse inueremus filicem,
cepit multa de religione, et quo in Germania
haberet interrogare, de qua postq̄ nonnulla
dixissem, que ei placere intelligebam, et nox
superuenisset, omnibus nobis salutatis, domū
concessit, Sub diluculo nihil tale opinantibus
et peronatis iam nobis superuenit, quędam
de hesterna de religione disputatione volens
repetere, et optans a deo vt liceret vel in Hispa-
niam vsq̄ nos sequi, ad quem ego, Nihilimꝰ
te celauimus eorum que per breuitatem
temporis a nobis petijsti, sed male refers
gratiam, qui secretum filicis tuę mysterium

impertiri denegas, Bene inquit facis qui me
admones O Huberte, dispeream enim, nisi
oblitus, inscium te dimisissem, et amplexus,
me paucis verbis totam rem detexit, deinde
propemodum flens et prosectionem felicem a deo
optans nos dimisit, Nos iter nr̃m continuauimus, et ignobilia aliquot oppida pretereuntes,
Hospitia Hyspanorū Baionam peruenimus, vbi aliquot dies cōmorati
sumus, dum instrumenta coquinaria mensas,
scabella, ollas, cacabos, vrnia, pitilla, et rursum
quicquid ad rem coquinariam pertinet, compa-
ramus. Etsi enim viginti persone duntaxat
essemus, adeo tamen inhospitalis est Hyspania,
vt nisi hec omnia tecum feras, lactucis solis
que non vbiq; reperiuntur vescendum erit,
Dum in hospitium diuertis, quod vnumquemli-
bet ciuitas saltem habere cogitur, Inuenis
arietis cornu parieti annexum ad quod iu-
mentum tuum religas, deinde tibi dicitur,
si quicq̃ aliud petas, Vade ad forum, Quod
si roges, vt vel famula vel famulus tibi cōmo-
detur, vt pro te eat, te remuneraturum
mox audies, Vade tu ipse, opus habeo famu-
licio meo, neq; est quod auenam, paleas aut
fenum petas, istis caret Hyspania, hordeum
emere poteris, et equo tuo dare, terram pro
strato bonum consulet, tibi vero pro lecto vel
culcitra, mattam a vicino precio forsan impe-
trabis, tibi coq̃us tibi famulus esto, in hospitio
vix acetum et oleum impetrabis, hec est forma
Hyspanici diuersorij, Vt vero Baionę intellexit
princeps, Leonoram circa oppidum victorię
esse cum regijs pueris, noluit committere, vt
in eius conspectum veniret, quare per Nauar-

eos proficisci decreuit, prima Vero nocte in
paruum pagum Arnou noie diuertimus,
ad radices pÿrenei, quo nisi nobiscum edulia
attulissemus, non fuisset quo cenati fuissemq,
Emeram autem Baionę carpum librarum Carpus magnus
triginta sex, quinq, batzis, quem in pascillos
paruos mula deferebamus, quo pisce suauiorem
nunq, edi, sequenti die subimus iuga montis,
tam alto et precipiti ascensu Vt de equo nobis
descendendum fuerit, nisi in tergum relabendi
periculum subire Velimus, quare admirati sumq
Vehementer Vestigia gallici exercitus, qui ante
duos annos per abruptos hosce montes iter
fecerat, et machinas bellicas duxerat, quarum
reliquias in apice comperimus dissectas, et
disruptas, preteritis deinde ignobilibus aliquot
oppidis, peruenimus ad Pompeiopolim, quam Pampelona
Pampilonam hodie Vocant gentis Nauarrę
caput, Vbi Vno die comorati per campum
cadaueribus gallorum, qui anno preterito in
acie ceciderant, contectum, ad Taiffallam Taiffalla
regum Nauarrę Regiam pernoctauimus,
A Taisnilla ad Peraltam oppidum satis amę-
num, deinde Ibero amne Vadato, ad aliud
oppidum deuenimus, noie Cerueram, Vbi Cerueta
die Corporis Christi quiescere princeps con-
stituit, Vt equi estu nimio defatigati, Vires
reficerent, timens autem magistratus, nè
diutius maneremus, accessit principem, et
rogarunt, Vt discederet, ne cariorem panis
Vim, et reliquarum rerum annonam mea com-
mestione redderemus, Credo eos reueritos, ne
deficientibus nobis edulijs, se deuoraremus,

quum enim viderent pro tam paucis hominib9
tot cibariorum genera adparari, accurrebant
undiq3, et vi quodamodo in edes irrumpebant
vt nos prandentes vel cenantes aspicerent,
Relicto igitur oppido in pagum quendam
Matalebres quattuor inde distantem miliaribo
concessimus, In quo rusticos nudos, item mulieres
virgines, et pueros sese carnificum more ad tergora
diuerberantes, et circum agros palantes offendi
mus, Vociferantesq3 lingua Hispanica, O dne
misericors da nobis aquam, quod equidem
miserabile aspectu nobis erat, dicebant autem
intra septem menses non pluisse, et sata oia
exarescere, neq3 vero alias est fertilis Hispa
nia, nisi in Maio aut Aprili mense pluat,
tum demum enim frumenti in annum satis
colligunt, sin minus, magna est illius caritas,
Ingrediente autem pagum Principe, cepit se
contrahere celum et nubibus contegi aliquan
tulumq3 pluere, vnde rustici clamare princi
pem adfere hoc dei donum, ipmq3 laudibus
ad sidera ferre, donare cerasis perdicibus,
gallinis aliisq3 rebus, Sumna luce discessimus,
et in oppidum satis elegans Gomoram ad
Cardinalem Toletanum pertinens diuerti
mus, tam vehemens autem erat estus, vt
nobis fere omnibus edendi appetitum adime
ret, et sine intermissione bibere cogeret, quare
varia excogitans princeps, quo commedendi
reuocaret desiderium, interrogat hospitem
num venale reperiretur butirum, quum
annuisset, et reperiri satis dixisset, Conuerso
ad me, ecce inquit, tu negas in Hispania

Matalebres

gomorra

butirum inueniri, Vade et eme quantum
Vni mulę ad ferendum sit satis, et Vt coti
die habeam oua frixa, cura, Sequor homi
nem, Ille me ad aromatarium ducit. Scisitor
de Butiro, ait sibi mediocrem esse copiam, et
quantum habere velim interrogat, Respondeo
ducentas Vel trecentas libras, admirabundus
querit, in quem Vsum, in coquinę inquam
ego, atqui inquit tota Castilia non suppedi
taret tantum, in Extremaduram tibi foret
eundum, Vbi sunt boum armenta, in hijs terris
nihil herbarum crescit et ab illis emimus pro
emplastris ad Vlcera conficiendis, alias nullus
est nobis butiri Vsus, et simul protulit capellę
Vesicam, axungia potius quam butiro plenam,
et ibi esse omne suum butirum dicit, quod
ego ridens, quum principi retulissem, in
maximos conuersus est cachinnos, propterea
hec ego retuli, Vt sciatur in mediterraneis
hispamę nihil herbarum trescere et arida
oia esse, Virę tellurem capris et ouibus pa
bula prębere, quare et lignorum maxima est
inopia. Vnde altero die in alio oppido quum
tantum lignorum non inueniretur, quod
coquinę sufficeret, Coquus et ego in vicinu
forte ascendimus montem, et conspicati quoddą
sacellum, ingredimur, Ille Vt vidit tectum ee
lignis suffultum, Voluit tignum detrahere, quę
totum consequitur tectum, et parum absuit
quin me obrueret, Vnde aufugimus ilico, et in
oppidum repedauimus, sine ligno, In hoc
oppido non inuenimus panes, Alio die in
pago non paruo, rogaui ego hospitem Vt nobisqu

pranderet, et quum illi preministraremus
cibaria lautiora, quicquid ei preponebatur,
de more Hispanico retinebat, et totum comede-
bat, & usq; adeo suffarcinabatur, vt ferè
distumperetur, et se crepere magna voce cla-
maret, Vxor vero eius inopinato euentu per-
cita, magistratum adit, et nos intoxicasse
maritum accusat, quem confestim accedut,
et quid conquereretur interrogant, Ille nos
excusare, bonosq; viros appellare, et suam culpare
voracitate, quod audientes in risu effusi abiere,

Hactenus hunc itinerandi modum obserua-
bamus, vt circa diluculum surgentes antè
meridiem circiter quattuor, plus minus, miliaria
conficeremus, reliquum diei vitandi æstus
gratia in diuersorio terebamus, considerans
vero princeps quantum itineris adhuc sibi
emetiendum restaret, et prorsus tardam
profectionem, hunc in modum mutare decre-
uit, Seruato qui nunc dictus est ordine, circa
quartam horam a prandio rursum inscendere
equos et adhuc duo vel tria miliaria ante
noctem conficere constituit, Sed in hoc mag-
na erat difficultas in deuehenda coquinaria
supellectile, cum nos consequi in tempore non
poterant mulæ. Quapropter ita subueniendum
ratus, Vesperi assare pullos et carnes iubebat
quas impositas, mulæ ad destinatum prandij
locum deferebant, et ibi relinquebant, deinde
iter suum quo pernoctare intendebant, perficie-
bant, totaq; die quiescebant, nocte vero ambula-
bant, vt dixi, Quod si quid amplius apud

hospites consequi poteramus, quicquid erat,
boni consulebamus. Primo itaq; die ad maxi-
mum pagum Maronem peruenimus, Vbi
ab Agusillis, ij sunt adparitores magna
auctoritate in Hispania, nobis assignatum
est hospicium, apud Virum ditem qui nos
humaniter excepit, et Vt rebus suis ac propijs
Vteremur, iussit, inter cetera autem attulit
poculum argenteum ex quo biberemus, Vnde
Vehementer admirati sumus hominis hospita-
litatem, qui prandus cum principe, postquam
Vidit nos recolligere res nras, recipit ille
poculum suum, et in quadam cista recluſit,
hoc aduertit, e nostris Vnus, qui nihil mali
suspicans, tacuit. Aduenientе autem Vespere,
quum ad iter accingeremur, incipit noster
hospes repetere suum poculum, quum Vero
diceremus illi redditum, constanter negare
pergit, & magistratum aduocat, qui iubet
ne discederemus, nisi contento hospite de suo
poculo, quid ageremus mussitabat princeps,
neq; quid responderet habebat, tantum,
nunc ab hoc, nunc ab illo, si quid de poculo
resciret scisitatur, donec superuenit ille
qui hospitem id recepisse et recondisse Viderat,
qui etiam super ea re interrogatus, atqui
inquit hospes stabim a prandio ad se recepit,
et in hac ostensa cista, reposuit, Tum hospes
digitis facere cruces, eas deosculari, et deiera-
re dios et los sanctos quattuor Euangelios
hispanica lingua hominem mentiri, et ex-
cogitare que diceret, nihil se tale cōmisisse,
et meliorem sese esse, quam Vt talia, non si

Maro pagus

fur in re propria

tota Hispania daretur perpetrare vellet,
tacebat princeps, reueritus hominis authori-
tatem, et de soluendo poculo deliberare volebat,
quum Georgius pincerna Vt erat semper bene
potus, erupit dicens aperiatur cista, et facili
negotio furtum de re propria factum depre-
hendemus, tum hospes terquiesaxi, et dicere
se semper plus fidei habuisse apud suos, quam
propter vnum poculum multum velit digladi-
ari, solueret illud princeps, vel non solueret,
totum suę beneuolentię condonaret, et remitte-
ret, propterea autem nollet apperire cistam,
ne dece tam certa dubitare videretur, ad
quem pincerna, arrepto pugione furibundus,
Vel aperi inquit cistam vel ipē effringam, quū
Vero cunctaretur Vocat vxorem hospitis Ag-
sillus, et Vt cistam aperiret, iubet, cui parens
aperit, et poculum reperitur, Nos lęti ascendi-
mus equos, et hospitem multa pro sua excusatiōe
dicere parantem reliquimus. Jussit autem
princeps, ne imposterum pocula argentea com-
modato a quoq; acciperemus, Preterimus
deinde aliquot pagos Henrici Comitis a Nas-
sau postea Hita et Guadalaiax, vbi est ducum
sedes, et domus nobilium de Mendoza, Re-
licto deinde ad dextram Compluto, studijs
clarum nobili oppido, ad Santor-quatum
rubeo vino celebre municipium, postea ponione
transito Tago Occaniam a prestantia chiro-
thecarum clarum oppidum, et satis amplum
et non minus Nuremberga, in quo vno die
quieuimus propter Principem, qui corripiebat
calculo, cui morbo, quum nulla re citius subue-

Guadalajar

Complutū

Santorquatū

Occania

nitur, atq; balneo, neq; in toto municipio Vas
Vllum reperiretur, ad lauandum aptum, quia
Hispania fere tota ligno caret, emenda fuit
Vrna fictilis in qua ad medium recisa lauit
princeps, et postea mm septem simul, Confin,,
guntur emm in Sanct Torquato tam capaces
Vt aliquando plus Vno plaustro Vini contineat,

In pago Templeck, magno Valdè, insequenti Templeck
nocte hospitati sumus, apud mulierem Vidua,
cuius maritus ab inquisitione hispanica ob
suspicionem marranicæ sectæ paulo ante com,,
bustus fuerat; habet autem huiusmodi inquisitio Inquisitio
ita, Delatus aliquis ab Vno et altero apud
ordinatos Judices, conijcitur mox in carceres,
ibiq; aliquando in tertium mensem detinet;
priusq; de suę captiuitatis causa quicq; aperiat;
deinde illi dicitur, quia hoc Vel hoc fecerit,
aut dixerit, ideò a sancta Inquisitione compę,,
hensus sit, si negat comburitur, et amici bona
retinet; si confitetur et culpam deprecetur,
amittit substantiam suam, Vita relinquitur,
et in triremes relegatur, Vel ad perpetuos
carceres condemnatur, pèr pauci euadunt,
amicorum precibus seruati, et quod tristissimu
est, accusatores non nominantur, neq; coram sistunt;
Vna euadendi est Via, si captus dicat se habere
inimicos, a quibus structam sibi fallaciam
retur, et eos nominet, tunc si ij sunt delatores,
queritur a Vicinis de eius Vita, que si integra,
et ab omni hereseos labe intacta reperiatur,
dimittitur, Condemnati Vero causa, in per,,
petuam cognationis ignominiam mainsculis

leis in limteo describitur, & tholo in edibus sacris
appenditur, bona vero Judicibus addicuntur,
Magna est autem Episcopi loci gloria, si quam
plurimi suo tpe combusti dicantur, Tractabat
autem nos predicta Vidua, Vt potuit honestissie,
misitq; postmodum filium ad Principem Grana
tam, Vt apud Cesarem pro amouendo maxiti
limteo intercederet, Sed nihil obtinuit,

villaharta

Sequenti die tantus fuit calor, Vt Agasones
mei in itinere defecerint, Coquus et puerna
et aliquot famuli Vehementer egrotarint,
quare necessarium fuit principi in Villaharta
pago quiescere Vno die, donec eos recolligeret,
et reficeret, quam re multum prestabat doctor
Joannes Langius, qui nobis alter erat Esculapius,

Pretcrito deinde Vno atq; altero pago admoniti
sumus, Vt de coctatu, et pabulo nobis prospice
remus, quia longum iter esset nobis emetiendu
in quo neq; pagos neq; Villas reperiremus,
misi a regibus constructas domos solas in
campi medio, Vt si quandoq; pluerct essent
quo peregrinantes pernoctarent, Ventas appel
lant hispani, in q69 aliquando reperitur hospes,
aliquando nemo, Premissus itaq; a prin
cipe per magnas solitudines peruenio ad
Ventam que Ercella appellatur, et ingressus
hominem inuenio, qui satis loci, pro equis meis
et sufficiens pabulum, se habere dicit, preterea
boni et frigidissimi Vini quantum cuperemus,
adhec de ferina carne salita et fumata, iamq;
cocta impertiturum pollicetur, Rogo Vt max

venta quid

venta Ercella

aliquantulum adferat, attulit et ad comedendū
proponit, deinde abijt, cōmedi si vnq̄ alias
suauiter, postea redijt meus hospes, adferens
Jarum, id est, ollam fictilem plenam vini,
rubei non admodum tincti, et glacie frigidi,
oris, quo affatim bibo, deinde a precursoribus
certior factus Principem aduentare, cucurro
illi obuiam et de ferina vinoq̄ frigido renuntio,
Ille fessus famelicus et sitibundus, iubet adferri,
cōmedit et bibit iucundissimè, neq̄ ferinam
satis laudare poterat, et ois eius familia,
adpropinquante vero tpe cene renuntiant
famuli, qui ad fonticulum ierant, vt vinum
refrigidarent, lacunam paruam esse plenam
colubris, qui vinum suo naturali rigore frigi-
dum redderent, hoc audiens princeps ma-
luit calidum bibere, iussitq̄ vt de carne ferina
emerem quantum mula ferre posset, A media
nocte surgit et abijt cum suis, ego rationes cum
hospite ineo, Ille tantum inquit pro carne
asmina, quid inquam, appellas carnem asi-
nam? ferinam illam inquit quam heri cōmedistis,
et vobiscum fertis, Quod te dij inquam perdant,
dedisti nobis de asino ad comedendum, et quis
inquit nobis in desertis hijs locis ferinam
daret, et simul hec dicens aperit paruum
conclaue vbi perna recenter occisi asini pende-
bat, et inquit hec est nra Venatio, exagitamo
canibus asinos non secus quam feras alibi, et
nobis bona ferina videtur, Exhorrui pene
totus, et persoluto vino et asino abeo, et adsequor
in summo monte principem, in alia Venta
que dicitur de los palatios, vbi de sua ferina

caro asmina pro ferina

Venta de los palatios

cursum, Vt biberet, Volebat cõmedere, qui in-
telligens qualis esset, mox surrexit et abijt
in proximam Villam Lisches, Vbi pernoctauí-
mus, et quicquid supererat ferme abijcere iussit,
neq; fuit qui imposterum gustare vellet, Abun-
dant tamen dicti montes feris, et liberum est
per totam Hispaniam Vnicuiq; Venari, habent
autem rustici tam presens Venenum quo illiniũt
tela, Vt mínimum attacto sanguine ferę vel
alterius animantis, ilico concidat, et moriatur,
quod ipm̃ Imperator apud nos non semel cõprobauit,

Ana fluuius

Descendimus deinde in maximam Vallem
quam perlabitur Ana fluuius modicus sanè
neq; pro nõis fama magnus, et hunc augusto
ponte pertransiuimus, Guadiana hodie appellat;
id est fluuius Ana maurorum lingua, Vsq; adeo
autem feruens erat estus, Vt princeps euitandi
causa se in carponam iuxta pontem conijceret,
et me premitteret cum pincerna ad oppidum
Vbedam, paratum hospitium, deferebamus aute
nobiscum lagenam vnio plenam, quam postq;
continuè pitissando exhausimus, et iterlongius
esset quam putaremus, deficere incipiebamus,
neq; vsq; vel herbam vel arborem in conspectu
erat que dentibus expressa, humore nos aliquan-
diu sustentaret, iamiamq; pincerna de equo ca-
surus erat, quum in spitio Veteres muros, e qbꝫ
prodibat Virens folijs ramus, et ego, accedamꝰ
inq; et Videamus quid sit, Ille autem, malo
inquit in itinere mori, Vt aduenies princeps,
me terre mandet et sepelici curet, at ego

Morus arbor

concitato equo muros accedo, et inuenio moru

arborem maturis fructibus refertissimam,
et inclamo principem, Vt accurreret, deum
nobis adesse. Ille in labris animam tenens,
aduenit, et repente cõmestis moris integri,
et alacres restituimur, et sumus. Vnde deo
et moro gratias egimus, et ab eo tempore
moros amo, et illis Vitam me debere con-
fiteor, scripsi autem in schedula, intra
hosce muros, mora esse, et inter duos lapides
ita Vt videri posset et princeps aduenies
reperiret, in medio itineris pono, que res
illi non minus quam nobis salubris fuit;

Non possum etiam preterire quin illud quoq; De acomito
recensem. In ante dicta Valle anteq; ad Anã
peruenissemus, erant multa dumeta et Vepres,
inter quas et frutices ferentes rubei coloris flores,
quibus quilibet nostrum se coronabat et pileo
adponebat, more germanico, quod a longe Viden-
tes rustici, accurrebant et clamabant, Vt abiicere-
mus dicentes esse acomiti flores, et nõ confestim
ab equis descenderemus, et ad terram manus
conterreremus, periculum Vite nobis instare,
quod equidem fecimus sedulo, postea narrabat
per hec loca Herculem Cerberum traxisse,
et Vbi despumasset, acomiti Virgulta nata esse
Ostendebant et cauernas quibus boues ab Gerio, Boues Geriõis
ne arreptas stabulasset. Natam autem in-
puto fabulam, quia armento prorsus caret
Hispania, nisi Vt antea dixi in Extremadura
et abundet Italia, poetis occasionem prestitisse
Vt dicerent Herculem ex Hispania abduxisse

boues et in Italia reliquisse, Quum autem inter huiusmodi fruteta equitarem, equus meus siti, bundus ore arripit huiusmodi acom, flores et cõmedere volebat quos illi eripio et abijcio, Ab illo autem dẽ Granatam vsq; vix quic, volui cõmedere,

vbeda

Vbeda ciuitas est ampla et non minor Nurember, ga, habens maximam vim et frumenti copiam olim Obulcum, ab alijs autem Vllam appellatam autumant. In huius agro presertim circa ibimet nascitur magna capparorum copia, et in sub, iecta valle fluit Bethis, nunc Guadalquemir, bethis fluuius nobilior magis quam magnus, nec dum ibi nauigabilis, petit q; Cordubam et Hispalim vbi aut non procul inde apud Gades oceano miscet;

Post Bethim excipiunt altissimi montes Granatã vsque in quorum vertice sunt speculæ a ꝑmueris in hoc edificatæ, vt altera alteri hostes ãdesse significaret, ita vt paruo tpẽ Granatæ resciret a longa locorum intercapedine paratum opor, tere et ab hostibus sibi cauendum esse, per hosce montes pessime hospitati vsq; ad pagum Ilsa, nalios quattuor miliaribus a Granata distans peruenimus, vbi tres dies restitum Maxescalci expectare cogebamur, quẽ ex vbeda premiserat Granatam princeps, vt nobis de hospicijs pros, piceret, reuersus narrat non aliter potuisse obtinere se hospitium, nisi ipemet Imperator rogaret ciuem quendam, qui egre etiam rogato nos admittere volebat, in ædes, in quibus nec

lectus nec stramen erat, juberet autem Imperator
Vt Vicinores Granatę fieremus, quo posset principi
sumo mane Venire obuiam, et ipm excipere, quod
toto die alias propter nimium solis ardorem fieri
vix posset, concessimus igitur in pagum Allaba,
lath dimidio miliari ab Vrbe distantem in hos-
pitium ab Imperatore per epidimeticos nobis
ordinatum, quo sub tempus cenę supervenit ex
Granata dominus domus, cum tribus famulis
armatus et hastatus, nosq Vi expellere volebat,
dicens edes ad se non ad Imperatorem pertinere,
neq ab illo quicquam poterant obtinere epidime-
tici, donec prodijt princeps, cuius angustam face
intutus, conticuit, et Vt maneremus permisit. sub
crepusculum diei Volens princeps prevenire Impera-
torem, surreximus et in Vrbem concessimq, nemine
nobis obuiam, quod nimium mane foret, adveniente,

Finis peregrinationis nostrę merito huic libro finem
imponit, ne funestus. Vt reliqui omnes mihi
exeat, quod equidem contingeret, si eum latius
extenderem. Vt statim in sequentis principio
audiemus, et quo lętiorem sortiatur exitum
adponam tanq epilogum loca oia, et miliaria,
que in hoc longo et tedioso itinere conferimus,
in maximo estu, et Vix credendo solis ardore
Etsi enim Hispania alias ferventissimo sideri
tota fere sit exposita, hoc anno tamen plus fer-
uoris sentijt Vt intra decem menses non pluisse
diceretur. Incipiam autem ab Heijdelberga Vnde Heidelberga
tercio die aprilis fumus egressi et prima nocte perue-
nimq ad oppidu Ogersheim, tibus ab Heijdelb: miliaribq
deinde,

Neostadium iiij
Keyserslautern b
Kubelburg v
Sanctus Wendelinus ij
Telschberck v
Metis vj
Gorsa iij
Samuelum vij
Barrum ducis vij
Vitriacum vij
Cathalunum vij
Asperaicum vij
Dorman vj
Castrum Theodorici iiij
Lafexte super Matronam vj
Meldis opp: iiij
Selibei pagus vij
Parrisij iij
Mons leriacus op: vij
Estampes op vij
Thuernum pa x
Aurelianum op x
Clexi pa: iiij
Sanctus laurentius pa: ij
Blais op: viij
Ambasia op: viij
Mantellarum pa: x
Stratheta op: vij
Pictauia Ciuitas vij
Vmonium op: iiij
Lusignacum op: Melusine ij
Goij pa: iij
Kusset op: vij

Summa [illegible] l° lxxxxiiij

Mala op: iij
Agolisma op: iiij
Schetgenau pa iij
Schirnau op: ij
Comacum op: natale regis fran: ij
Pontes op: iiij
Etholia pa iiij
Blauia op: iij
Burdegala ciuit: vij
Budensa pa: v
Langon op: ij
Basacum ciuit: ij
Captieulx op: iij
Rupefortis op: iiij
Monsmercatorum op: ij
Tartas op: iiij
Adaquas op: iiij
Sancty Vicentius pa: ij
Baiona ciuit: iiij

Pyrenei montes

Anjou pag: iiij
Elisando pag: iiij
Alanza pag: iiij
Pampelona ciuit: iij
Vacasoria pa: iiij
Taiffallia op: iiij
Peralta op: iiij
Seruiera op: vj
Matalebres pag: iij
Gomorra op: v
Maxon pag: iiij
Fontafilla pag: ij
Leoffrio pag: vj

Summa C xxxvj

Schedrack pag:	iiij
Hijta op:	iij
Guadalaiara op:	iiij
Santuccas ppag:	ij
Valdelaguna pag:	iiij
Occania op:	v
Templerk pag:	v
Villa franca pag:	v
Vilharta pag:	iij
Manzenares pag:	v
Valdepenas pag:	iij
Ecuella Venta	v
Villches op:	vj
Vbeda op:	iiij
Scorda pag:	ij
Karafaschal Venta	iiij
Guadalahortma pag:	vj
Afanalios pag:	iiij
Allabalath pag:	iiij
Granata	x

Summa lxxxj

Sumarum iiij C vj meil,

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRIN,
CIPIS. FRIDERICI Co: PAL:
RHENI DVCIS BAVAR SAC:
RO: IMPER: ARCHIDA,
PFERI ET PRIN:
ELECT: LIBER
Septimus.

DE Granatę Vrbis conditore et nominis origi, ne parum constat, neq; certi quicq; tradunt authores, Sunt tamen qui Vulgarem loquendi Vsum sequentes, Gar natum potius appellent propterea quod punica lingua, quam arabi, cam Vocant, Gar antrum significat, quod olim in hijs locis Nata nympha incolebat, et hinc Vrbi nomen datum Gar Natę, id est, antrum Natę, alij a cocco cuius in ea prouincia magna legitur copia, quem granam Hispani Vocant, aut quod magis crediderim, a mali punici, quod granatum appellatur, similitudine, nam Vt malum punicum gramis est refertum, sic Vrbs granata domibus. Est autem Vrbs oim Hispanię ciuitatum maxima, que colles bimos imo montes excelsos complectitur, quos Darrus fluuius seu potius torrens diuidit, Alterius autem collis regio Alhambra nomen habet, in cuius eminentiori loco, domus est regia, magnitudine operę, formaq; conspicua, et que ciuitas potius, quam domus est appellanda, capit enim intra muros hom milia quadraginta, totaq; cinctu est altis menibq; et triginta turribus, Alter Vero collis Alcazaua nuncupatur, domoz frequentia mixabilis, alhambręq; cui est oppositę altitudine pene equalis. Sunt et colles alij minores

Granatę vrbis descriptio

intra quos reducta ciuitas, interdum ita abscon-
ditur Vt ex Vno loco, nusq; tota videri possit
Vicos plateas & fora habet angusta, propter
edificiorum minimam multitudinem, et densi-
tatem, Vix est autem domus que non habeat
fontem salientem, et ad minus Vnam arborem
limones ferentem, turres in circuitu mille
et triginta, portas duodecim. Sunt non pro-
cul ab Vrbe montes altissimi, perpetua niue
candentes, ideoq; niuosi dicuntur, qui Vel
estiuo tempore regnante canicula, Granaten-
ses ex fenestris inspicientes, maxime oblectat.
Nec hyeme quod mirabilius est, magnum frigus
patiuntur, qui plura scire Volet, legat Marmeu
Siculum de bello Granatensi,

Eodem quo aduenerat Granatam die, Venit
magna procerum caterua Visum Principem,
qui aliquandiu de itinere confabulati, Via re-
dierunt in arcem, aduentante autem diui
Johannis Baptistę die, quo post septemale obsidio-
nem Catholicis regibus Fernando, et Ysabellę,
Granata se dediderat, celebrant eum diem quot-
annis in magna letitia Hispani, et nobilitas,
atq; Ciues Granatenses, Maurorum more armati
scuto & lancea ante portam Eluiriam, summo
mane concurrentes inter se pugnę speciem
prębent, Hos ludos in gratiam principis, Cęsar
instaurari iussit, et à prandio septem tauros
prestanti corpore et cornibus ingentes populo
Venandos et feriendos prebuit, qui ictibus et
canibus prouocati, et ira perciti, tres quattuorue
homines interemerunt, et ipi postea interempti
et occisi. Deinde superuenit ipse Imperator, et

multi primates, et nobiles equites in duabus turmis diuisi, seq; inuicem arundinibus, vt superius dixi, a longe iaculando petentes, et nunc fugam simulantes, nunc pugnam redintegrantes, sub conspectum Imperatricis, et eius portugalensis gineci, que de fenestris prospectabat, et cui nuper, vt me nupserat, animabat iuuenem maritum Imperatorem: Contigit autem, vt sub ipsius fenestra, equus cuiusdam nobilis arundine ictus, continuo interiret, quare marito timens Imperatrix, et frequente nimium sole, misit, qui illum suo nomine vt desisteret a ludo, rogaret, q; ille lubens annuit,

Deinde princeps hora ab Imperatore dicta, sui aduentus causas declarat, scilicet vt dnam suam nouum maritum videret, et non visum post tot annos salutaret, de balistarum ludo, quia nihil audiebat, tacuit, allegans subinde tamen, quum laudaret Cesar a ludis et exercitationibus militaribus Hispanos, respondebat, in Germania aliquando fuisse crebrerrimum, equites hastis concurrere, nunc vero remissius id agi, et balistarii ludo plurimum intentos Germanos, in illo principes, nobiles, ciues, cotidie se exercere, et huiusmodi pleraq; alia dicebat intentis in Cesarem oculis, si forsan cōmoueri videret, postea agit de debitis, remittitur ad Secretarium Joannem alemannum, qui ab eo exigit libellum rationum, et literas obligatorias pro tali debito, quod egre ferens, et quia suis verbis alemannus aperte diffidere intelligebat, cepit aule tedere, tum etiam quia tempus comitiorum Spiren instabat, de discessu cogitare, adiensq; Cesarem dimissionē

petijt, quam illi negotia germanię commendans, annuit Cesar, vt sequenti die, qui erat decimus tercius ab eo quo adueneramus, duxit illum in amenissimos hortos sub arce, vbi erant maurę mulieres more diaconorum, dum missa celebratur, Vestitę, choreas ducentes ad testudinem, lyram, et tijmpanum, que pulsabant tres Vetulę, interdum succinentes, non admodum concinnè, vt nobis videbatur, sed subrusticè et voce mala sonora, alię de funibus pendulę, et in altum huc et illuc protruse, lingua sua punica inclamabant, qui in hoc seculo bene vixit, ita in cęlum feretur, finita chorea dabatur illis aqua ad bibendum, quod magni honoris loco ducebatur.

Res memorabiles Granatę

A prandio princeps vt aliquot principibus vale, diceret, et vobis reliq̃ magnificentiam perlustra, ret, ambulatum egreditur, habet enim Granata tes memorabiles septem, tres scilicet amenissimas domos, Alhambra, Generalipha, et Alixares, quę distat ab vrbe ferè mille passibus, quas luxus et delicias regum quis appellare posset, quarta est magna platea quam Biuarramblam mauri vocant, in qua fons est excelsus et insignis. Quita domus quam Alcaceriam vocant, in qua tabernulę sunt fere ducentę, in quibꝰ serici panni reliquęq̃ merces cotidiè venduntur, que parua ciuitas dici posset, habet viculos multos, et decem portas, in quibus transuersis cathenis, propter vicorum angustias, et negotiantium frequentiam, ingressus equitantibus prohibetur, cuius prefectus noctu foribus clausis, nocturnas habet excubias, et vigiles canes, et noie regis a singulis

tabernis Vectigal exigit, Sexta est Darrus amnis, seu torrens qui septemdecim milibus passuum ab Vrbe ex alto iugo montis ortus, omnibus ferè ciuitatis domibus aquas abundè præbet, et saluberrimas esse dicunt, licet aliter deprehendimus, Doctor enim Vdalricus, quem Archiepiscopus treuirensis, Vt supradixi, principi commendauerat, fluxu Ventris ex huius aquæ potu correptus, moriebatur, et Vxori eius triste remisit nuntium, Septima est ager maximus, et fertilissimus frugibus et omni genere fructus abundantissimus, Vt ex arborum foliis, quibus fit sericum, singulis annis Vectigal aureorum milium fere triginta quinq; regibus pendet, præter multas sericj libras.

Doctor Vdalricus moritur

Erat Granatæ ad custodiam arcis deputatus Vir senex ex Eppingen oppido principis oriundus, qui in obsidione illa septennali regibus catholicis operam strenuam in machinis bellicis dirigendis præbuerat, quapropter ab illis ædibus in arce et annuo stipendio, aliisq; bonis donatus erat, habebatq; ex Vxore granatensi duas elegantissimæ formæ filias, et eus duobus ab Vrbe miliaribus amœnissimum, preterea ad quattuor milia ouium, quas et bonam dotem Vni nostrum dare volebat, si quis ex illis Vnam ducere et apud se remanere vellet, Nemo credederet quata alacritate cotidiè inuisebat principem suum, et veluti terrenum deum propemodum adorabat, sed nemo fuit qui eam conditionem acceptaret, Verum Læti sequenti die, qui erat septimus Julij discessimus, ego solus tormentibus Ventris laborans

Ciuis ex Eppinga Granatæ habitans

Hubertus ægrotus

relinquebar sine hospitio et lecto, conductus enim
mattas suas rustici receperant, et principis hospes
Vt egrederer contendebat, Jacens autem in Camera
principis super pauimentum nudum, extremam
meam sortem deplorabam, neq; me reuisurum
Vnq; Vxorem et liberos meos sperabam, quum
fortè, nescio quid oblitus principis tonsor Sebas-
tianus de itinere reuersus supereuenit, qui mei
misertus, et alios qui me reliquissent grauiter
accusans, pollicitus est se ea nocte apud me
mansurum, dedita de suis catapotijs nescio quid
deglutiendum, quo sumpto per Vomitum quic-
quid mali mihi in corpore erat, eiecta et illico re-
miserunt tormina, et melius habere de expergefa-
ctus sumo mane esurire et sitire cepi, Ille
me ducit in proximam cauponam, et caprum
more hispano assari curat, quem cum aceto
et pomis arangijs totum comedimus et fortiori
Vino extincta siti, fortior fio, deinde equis con-
scensis nos quattuor ab Granata miliaribus
assecuti sumus, qui leti nro aduentu narrant
principem alio itinere, duce Comite Henrico
a Nassau per montes ad illius arcem Kalahor-
ram abiisse, Vberam ad nos reuersurus, quo
cum peruenissemus, iam tum aderat, et iter nrm
quo Veneramus relegentes ad Ventum Excellam
Vsq; contendimus, Vbi consilio capto visum est ad
dextram iter prius relinquere, et regali Via
Versus Toletum ad sinistram paruum deflectentes
redire, Vna ostendebat difficultas, aquę et com-
meatuum penuria, quorum empta in proximo
pago tribus mile miliaribus copia, iter ingredimur,
et per saxosa loca ad Ventam de Canales pernocta-

Kalahorra

venta de Canales

+ eieci

uimus, Vbi fere sine potu equi noctem transegerunt, Almagro opp.
Sequenti die ad oppidum Almagrum nos fuccari
factores exceperunt, hospitiumq; et oia necessaria
affatim suppeditarunt, habebant enim oppidum
ab Imperatore impignoratum, deinde ad pagu
parum Malagon deuenimus, Vbi aut non procul Malagon pag
inde Ana fluuius per septem miliaria sub terram Ana sub terra
absconditus, rursum iuxta Veterem arcem tabitur
erumpit, cuius aqua perlucida est, sed tetru
exhalans odorem. Ad Ventam Sutandam Venta Sutanda
altero die pernoctauimus, Voluimus que est Vnica
domus in deserto loco, sed quia nemo eam
inhabitabat, neq; stramina aut pabulum
inueniremus, sub dio cenati, et rursum inscen-
sis equis, ea nocte adhuc quatuor miliaria
confecimus, Vsq; ad pagum Zuenes, preteriui-
mus autem in itinere aque ductus, olim ad Aqueductus
Toletum Vsq; per decem miliaria et profundis-
simas conualles, et altissimos montes productos,
siue a Romanis, siue a Conditore Toleti, quem Condtor Toleti
alij Herculem, alij quosdam Ptolomeum atq;
Brutum Comemorant. Est autem Toletum Toleti descriptio
quo sequenti die peruenimus edificium antiquis-
simum, de quo Plinius et alij scriptores mem-
nerunt, Vbi fuit olim magnum theatrum, extra
muros ad partem septentrionalem, nunc diru-
tum et quasi complanatum, eius tamen Vestigia
formaq; adhuc cernuntur, quo opus Romani
magis, quam alię Vllę gentes facere consueuerunt,
sita est autem ciuitas in Vmbilico tocius Hispa-
nię, in alta atq; aspera rupe, ambulatu dif-
ficili, propter ascensus et descensus, huius muro
rum partem Tagus amnis circuit, et in accessi-

bilem reddit, reliqua pars que ad arctiam spectat
polum, muris validis et centum quinquaginta
turribus munita est, Viuunt in hac urbe lani-
fici et sartores ad decem hom milia, et ad sex
milia eorum qui aquam ex Tago amnis impositam
venalem habent, Vici sunt admodum angusti,
domus intus pulchriores et comodiores quam
extra videntur, quarum ad milia quattuor
quadratis sunt impluuijs, Vitium amnis stipi-
tibus pro ligno vtuntur, et in magna est caritа-
te, reliqua ad vitæ vsum necessaria abundanter
habet, et maximam equitum nobilium, et cleri
multitudinem, Est ibi templum maximum
pulchrum et opulentum, antistes secundus
est a Rege, Sunt ibi fora venalia septemdecim,
fuit ibi olim schola in qua magia, nunc inter-
dicta, docebatur, Summi autem templi sacerdotes
principi, quem olim nouerant, Venerunt obui-
am, et recta in templum duxerunt, thesaurosq;
ecclesiæ ingentes ostenderunt, deinde in ma-
gnificas edes hospitatum perduxerunt, multaq; hu-
manitatis officia exhibuerunt, Quieuit autem
princeps vno die, deinde quattuor comitatibus,
dno Sig. de Heijdeck, Prantnero, Joanne Maria,
et tonsore, per equos dispositos a nobis discessit, vt
eo citius Spiram ad Comitia peruenirет, Nos
autem vt se paruis itineribus subsequeremur im-
pit, Aspē vero maximis, nusq; quiescens neq; die
neq; nocte, Amboisiam contendit, vbi honorifice
a rege exceptus, et aliquot dies detentus, et dona-
tus est omni mensæ regiæ argentea deaurata
supellectile, valoris quattuor milium coronato-
rum, deinde rursum itineri se committens, duo

decimo quo a nobis discesserat die, carruca, qua
deerant equi, ex Neostadio Spiram deuectus est,
Vbi a fratre Electore, et alijs qui aderant principi-
bus, lętis animis excipiebatur, Erat forte eo die
Spirę ciuis Heydelbergen, meus Vicinus, qui con-
spicatus principem in carruca squalidum ex itinere
et puluere plenum, rediit Heydelbergam et acce-
dens Vxorem meam sciscitatur Nunquid de reditu
meo intelligeret, cui quum illa breuiter, Vti spera-
ret, respondisset, O mulier inquit Male opinaris
Heri Venit Spiram Princeps Fridericus panno
et squalidus, Vt qui pluribus noctes in siluis ra-
dicibus vixerit, et regis Gallię Vix euaserit manu,
suis omnibus captis, et in carceres coniectis, et
Vt credibile iam mortuis, Hunc ipm ego meis
oculis Vidi, Territa mulier nec quos Vocaret deos
an homines habens, suam inter pueros deplora-
bat calamitatem, se Viduam se derelictam, se
omnibus spoliatam fortunis clamitans, quum
ecce a principe Brantnerus cum literis ad illam
a me, quibus me Valere et in itinere esse, cau-
sasq; cur princeps nos precessisset declarabam,
Vnde animum recepit et refocillata est, Nihilomi-
nus tamen nebulo ille figmentum suum et Spirę
et Heydelbergę ita disperserat, Vt fidem quam
pluribus faceret, inter quos nonnulli accesserat
principem, condolentes aduersitati, et quod eua-
sisset congratulantes, at ille nihil sibi tale conti-
gisse respondens, authorem requirebat, quem
tandem multis indicantibus inuenit, nec habens
quo se excusaret, nisi quod diceret, postq; principe
Spiram in carruca puluerosum ingredientem
Vidisset, se quid ei tale euenisse, imaginatus esset,

Magnus nebulo.

quapropter princeps de illo penas sumere volebat, sed intercessione iuuenalis suę Vxoris per Dietherum Schwartium seruatus est,

Longo post tempore nos qui sequebamur Amboſi, am venimus, Nostroq; aduentu regi indicato, ac, gentea illa Vasa Valoris sex miliũ florenorum que principi donauerat, nobis tradi fecit, addi, dit et ille qui ea nobis attulit, quasi ex sese, Rege egre tulisse, quod quum propriam suam Vestem Zobelinis subductam, Valoris duorum miliũ coronatorum, ex Venatione principi pluuia madido donasset, mox eandem, Abbati de Knorringen, qui se obseruabat, tradidisset, quã ille sequenti a discessu principis die, in publico foro Venalem proposuisset, Quid nobis preterea in itinere contigerit, quia aberat princeps, et nihil ad eum pertinet, Vlterius non scribam, tan, tum loca per que transiuimus Vt accedentes Granatam, ãsceñ hic adponam,

Turpe Knorringensis factum

Granata,	
Albalot pagus,	j
Asanalios pag:	iiij
Guadala hortuna pa:	vj
Karafaschal Venta	iiij
Scoda pag:	iij
Vbeda op:	iiij
Villches op:	vj
Ecuella Venta	v
N: pagus	iij
Canales Venta	iiij
Almagro op:	v

Sũma xxxxv

Malagon pag:	v
Sutunda Venta	iiij
Zauenes pag:	iiij
Zoffrinum pag:	iiij
Toletum ciuit:	iij
Lieskes op:	vj
Madritium op:	vj
Sanctus Augustinus pag:	vij
Butrago op:	vij
Busigillas pag:	vj
Aranda de duco op	vij
Lermes op:	vij
Burgos ciuit:	vij
Breuieske op:	viij
Miranda op:	vij
Victoria ciuit:	v
Alharta pa:	v
Sant adrianus mons	vj
Segura op:	iij
Tholoseta op:	v
Sancta Maria pagus et fons Rauie op:	iiij
Baiona ciuit:	v
Sanctus Vincentius	iij
Maieste pag:	ij
Alharre pag:	vj
Reboffier op:	iiij
Moret pag:	iiij
Barck pag:	iiij
Burdegala ciuit:	vj
Econijo pag:	v
One op:	iiij
Sancto ligerius de mellis pag:	v
Iusigniacum op:	vij

Suma j ℔ lxvjiiij

Sanctus Maurus op	iij
Monbason op:	iiij
Tours ciuit:	iij
Ambosia op:	vij
Blasia op:	viij
Sanctus laurentig pa:	ij
Cleriacum pag:	iiij
Aurelianum op:	iiij
Thuxinum pag:	x
Estampes op:	x
Mons Leriacus op:	vij
Parrhisij ciuit:	vij
Selibri pag:	iij
Meldis ciuit:	vij
Lafferte op:	iiij
Castrum theoderici op:	vj
Dorman pag:	vj
Asperniacum op:	vj
Cathalaunum ciuit:	vij
Vitriacum op:	vij
Barducalis op:	vij
Sanctellum op:	vij
Gorsia op:	vij
Mediomatrices ciuit:	ij
Santenuor op:	v
Sarpurg op:	v
Lijmpach pag:	iij
Keijserslautern op:	iiij
Heijdelberg op:	xj

Suma j ℔ lxviij

Sumarum iij ℔ lxxxix

Heydelbergę circiter quindecim dies remansit princeps, et Venatione oblectatus est, deinde ad Nouum forum rediit, Vbi diu consistere non potuit, sed Esselingam concessit, quo Spirensia negotia reiecta erant, Vt Ferdinando hoc petenti gratificaretur, Tractabatur autem in hijs comitijs haud aliud quicq̃, nisi de expeditione contra Turcas regnum Vngarię cotidie excursionibus infestantes, quiq hoc anno regem Ludouicum in acie occiderant, nihilq, concludebatur, Vt sunt Germani cunctatores, sed de Comitijs in Comitia res reijciebatur, quapropter et hęc Es-
lingensia ad Ratisponam in sequentem annũ Vicesimum septimum protracta, quo se non contu-
lit princeps, quia nemo aduenerat ex alijs princi-
pibus, et qui aduenerant consiliarij, re infecta domum redierunt. Anno precedenti Ferdinan-
dus a Bohemis in locum defuncti regis suffectꝰ coronatur, et Vngarię Rex eligitur, magna ducum Bauarię inuidia, qui oia fecerant Vt alter eorum ab eis ad eam dignitatem assu-
meretur, Rex itaq. hungarię et Bohemię factus Ferdinandus, susceptoq, contra Joannem Vuaiuodam qui se quoq, pro Rege Hungarię gerebat, et Turcam in suas partes attraxerat, bello, quum iam rerum maximarum mole pre-
meretur, nihil non fecit, donec principi Fri-
derico persuasit, Vt regiminis quod iam Spiram reuocatum erat, et locitenentis presidentiam resumeret, quo se Anno 1528 circa diui Galli festum contulit, Et quia interea renunciabat̃, Turcam infinito cum exercitu parare expeditio-
nem in Hungariam et Austriam, solliciti prin-

Comitia Ratisponen̄ anno 1527

Ferdinandus Rex Bohemię & vnga. eligitur

Ann. 1528

cipes, conuenerunt, et de resistendo tractarunt,
de quo concordes facti, de duce eligendo resta-
bat, Collectis autem suffragijs, maior pars, prin-
Friderici⁹ eligit⁹ dux contra Turcam cipem Fridericum nihil tale ambientem, paucio-
res cum Ludouicum Ducem Bauarię declarabat,
cui etiam Fridericus suum Votum accomodabat,
Jussi igitur ambo egredi consilium, et prestolari
decretum, inquit Ludouicus ad Fridericum
Ego consanguineę te rogo et suadeo, Vt hanc pro-
uintiam, que nobis duobus proponitur subeas,
multa enim habeo negotia que, Vt non possim,
impedimento sunt, Cui Fridericus ne sis quęso
Ludouice mihi tutor, Noui ego et tua et mea ne-
gotia, ita disposita, Vt sciam te Vltro, quod nunc
recusare dissimulas, ambire, Vicinores sunt
meis tuę terrę negotio gerendo, et propterea
meum tibi suffragium d. 3, quo Vterę et bonis auibꝰ
rem adgrediere, Dum hęc et plerąq; alia huius-
modi inter se conferunt, reuocantur in con-
silium, et Friderico dicitur, omnes Imperij or-
dines in eam conuenisse sententiam, maxime
subscribente et adpetente id regia ma:te, Vt
Ipe Christianum hoc onus susciperet, et Vt face-
ret, omnes orare, iubere, et velle, qui quum multa
allegaret, et se non idoneum neq; sufficientem
diceret, et ad deliberandum temporis spatium
Comes de Rogendorff obtinuisset, Conuenitur a Comite de Rogen-
dorff Regię Ma:te tum aulę prefecto, qui illum
Oro Rogendorffij in hęc Verba adloquitur, Dum te cunctantem
Friderice, et dubitabundum in hoc negotio video,
Vereor ne Verum facias prouerbium, quod de Vobis
Palatinis per Germaniam circumfertur, Fortu-
Palatini fortunam semper negligunt nam Vltro et sepe sese Vobis obtulisse, et in ędes

Vras, ingredi Voluisse, Verum illam admittere,
imo fortiter ad fores Vras pulsantem, audire
noluistis, Defertur tibi honor, quo maior esse
non posset, et Vobis oibꝫ optare debueres, si non
offeretur, Vt scilicet Dux fias Christianissmi ex-
ercitus, aduersus eum hostem, quem exosum oes
appetere deberent, et per sese inuadere et impug-
nare, est enim communis oim presertim Chri-
stiani nominis, inimicus, extirpator et exauli-
cator, et tu hunc tuum hostem refugere vis,
et anteꝫ in aciem descenderis, terga Vertis,
quid enim aliud de te dicetur, aut in quo cri-
minaberis, accusaberisue, nisi Vecordie, et timi-
ditatis, neꝫ futes habitura locum, que tecum
cuminas, te non esse idoneum ad hanc pro-
uinciam suscipiendam, Visꝫ tuum de te ipso
iuditium preferre regie Maᵗ: oimꝫ sacri
Imperij ordinum exacta trutina et examine,
an non putas illos hec oia, que tu ad tuam ex-
cusationem pretendis, iamdudum diligenter
et studiose prependisse, quapropter queso facesse
ista hinc procul, neꝫ regem et sacror Imperij
ordines diutius suspensos tene, a quibus que pre-
mia et quos honores consequere, nolo modo dicere,
hoc imprimis cogites Velim, te eam gratiam in-
tuerum apud Regem, que maior esse non posset,
et Vt est oim regum liberalissimus, ne dubites, quin
sit tibi, quem sumopere amat, et cui imprimis
confidit, officiosissime relaturus, Adhec pro iuuen- Immuit Regnam
cula Vidua bellum geres, et propemodum sub illius Mariam vafrè
oculor, illa se tibi et sua oia comendabit, Et Vt
nihil eorum que cogito et audio, te celem, cui,
depulso hoste, melius quam tibi regnum Hungarie

regendum, sororiq; suę, cõmittet, quod demum firmiter fiet, si illa tibi coniunx conciliata, populi fauorem conciliabit, pluxa non addam, hoc saltem tibi persuasum esse volo, Regis Voluntatem erga te in hac re non posse esse meliorem. Hæc postq; Rogendorff brevibus, et concisis Verbis, ex sese, an instructus, incertum, dissereuisset, ob, mutuit aliquamdiu Fridericus, Et perpendens secum, Vera multa dixisse, præsertim de occasione non negligenda, tum animo reuoluens, quo modo antea Dux Juliacensis, cui Vinca erat filia, quam ei desponsandam, patri obtulisset, et ille in longam deliberationem protraxisset, supervenit Dux Cliuię, qui fauore Maximiliani Imperatoris adiutus, dum consultat Elector, prędam captam eripuit, Respondit Rogendorffio, se omnia ex sententia Regis facturum, et accedens Imperij ordines, se pro Viribus Vobis eorum satisfacturum promisit, Vnum tantum rogaret, quia arduam et difficilem susciperet prouinciam, Vt sibi belli consultores adiungerentur Quod equidem etsi novum erat, Vt eos tamen eligeret, libera facta est potestas, Nominauit autem Comitem Guilhelmum a Remberg, Baronem Georgium ab Heijdeck cum quattuor equestri dignitate claris Viris Reinhardo ab Neneck, Wolffgango ab affenstein, Sigmundo ab Herberg et Vlrico ab Schellenberg,

Dux Julianen filiã suã Friderico in matrimonii dare voluit

Primi belli consultores

His peractis circa festum Pentecostes ad Novum forum redijt et inde Ratisponam quo aliquot primcipes deputatos, et suos belli consultores conuocarat, qui nulla in re consentire potuerunt, nisi de duobꝰ mittendis in Hungariam, qui diligenter explorarẽt

an Turcę aduentus certus diceretur, erant autem ambo linguę Hungaricę non ignari et prestantes duo Viri, quorum Vnus Sebastianus Schilling iureconsultus et eques auratus, Alter Christo, plerus Besnitzer, prefectus oppidi Brunaw in Bauaria, nominabatur, qui Budam Vsq; progressi Turcam ingenti cum exercitu adria, nopoli egressum, et aciem Hungariam versus dirigentem comperiunt, et celeriter reuersi Principi Friderico renunciant, qui cum statu nihil conscribere militem, equitem et peditem properat, quia vero hęc ea celeritate, vt rei exi, gebat necessitas, fieri non poterant, ne hosti latius prędandi relinqueretur occasio, Visum est cum ea que ad manum erat non admodum magna equitum peditumq; copia, Philippum ex fratre nepotem, principem ad summa natum, in fortuna postmodum obstitisset, premittere, mox subsequuturus ipe, maiore multitudine recensita et conscripta,

Philip. Palatinus Viennā mittitur

Temporis interea admonebatur crebro ab ijs quibus de regina Hungarię Vidua negotium concreditum erat, non negligendam occasionem accipiendamq; manu donec capillitium offerret, Principes dare blanda verba ei, cuius opera indigerent, postq; autem Vsi essent, facile excusationem pro tempore, inuenire, et aliud atq; aliud pro sua cōmoditate excogitare. Et quia intelligeret Ferdinandum omnia pollicери, fratris tamen Imperatoris Caroli Voluntatem imprimis esse habendam, decreuit me ad eū in Italiam ad eius tentandum animum mittere,

Hubertꝰ in Italiã ad Imperatorẽ mittitur

Vbi appulisse magna classe tum dicebatur, Sollicitꝰ autem de itinere propter Venetos Heluetios et aliquot Italiæ principes, cum quis Imperatori bellum erat, Vndiq; clauso, misit me ad Antonium Fuckarum augustam, cuius opera et consilio Viã accedendi Cesarem tentarem, Ille quum nullam aliam quam per Venetias sessice diceret, sub mercatoris habitu, Vt iꝛem, docuit Princeps Vero Nouo foro egressus Ratisponam celeriter contendit, et nauibus quas illic diu antea parare iusserat, conscensis Vna cum tribus fratribus Henrico traiectensi Episcopo, Joanne Ratisponensi, et Wolffgango duce, per flumen Danubium tertio die Tyntium Austriacum appulit, Vbi a Rege Ferdinando, nam is illic tum erat, perbenignè exceptus, atq; ad cœnam omni magnificentia et splendore regali exornatam, honorifice deductꝰ est, multa coram inter conuiuandum de belli rebus cõmentati sunt, seriis tamen hijs, delectatia quedam, et Βιωφελῆ nonunq; comiter intermiscentes

Friderici properat contra Turcã tribus fratribus comitatus

Post conuiuium a Rege discessum precatus Princeps Palatinus, posterã die et sub diluculo abire paratus, quoniam mores nec fere diuturnos, nec cõmodum Videbatur nec Vtile, negatum tamen a Rege, inconsulta et indiscussa re discedere, consumpta est igitur tota ea dies consultationibus, et stratagemmatum ratiocinationibus, et sequenti primum Vtrinq; discessum, Comitatus est Rex Vna cum Regnis duabus Anna coniuge et Maria sorore, ad naues Vsq; perhumaniter deducens abeuntem, donauit tamen huic antea in signum amoris equos duos Argolicos, quorum alter auro, alter ostro textus

erat purpureo, Equeſre ſane hoc et huiuſmodi
Principe non indignum premium, at his
gratijs pro morum ciuilitate ſeſe commen-
dans Princeps, claſsem Greijn Verſus, Scyllea
rabie famoſum oppidum, et Velis et remis im-
pulit, Vbi vix egreſsus nauem, Melchiorem
de Harſtal, quem iampridem antea ne quicq̃
interim dum moram apud Regem traheret,
negligeretur, ad Principem Philippum, Vt
Auſtrię caput Vrbem Viennam preſidio muni-
ret, belliq̃ conſultores Cloſterneumburgij Ce-
tium iuxta montem, aduentum ſuum preſto
laxentur, demiſerat, anhelum et properantem
obuium habuit, qui Turcam Soliemannum Turca obſidere Viennã
Vrbi Viennę exercitu ingenti et innumerabili remuniatur
imminere, hancq̃ obſidione acerbiſsima Vndiq̃
premere nuntiabat, quem et mox tubicen
quidam, eadem indicans, et ne latius pro-
grederetur admonens, a conſultoribus belli
miſsus, eſt inſecutus, quibus omnibus territy
is nihil, claſsem parare, arma capere, aciem
inſtruere, bellicaq̃ inſtrumenta ex ordine
diſponere, et Chremſium ipſum otius iubet
iubet appellere, miſcebat in diuerſa fluminis
ripa, perfidiſsima Mahumeti Gens, omnia
cæde, igne, ferro, flamma, Fugiebat miſera
plebecula, incerta quo ſe conderet tandem,
aut quo euaderet, Examines penè omnes,
Viri, et feminę, infelicia pignora, charos
liberos, dulceſq̃ penates, tanq̃ medio igne
raptos trahebant, Motus hoc miſerando ſpecta-
culo Pientiſsimus Princeps Palatinus, et quos
re ipſa militis ob paucitatem, quum vix ſex

centos ex omni exercitu secum retinuisset, iu-
uare non poterat, Verborum tamen benigni-
tate, innata pro clementia sua fouere, et leua-
re conatus, se horum et Deum aliquando fore
Vltorem in præsentiarum adijciens, Et tunc
tertium quoq; a Sigismundo de Vueijxelberg,
Equite aurato, et Vagitio Paulo Constantinopoli-
tano, Ienis amatuzq; ductoribus, quibus et pontis
danubiani tutela cõmissa fuerat, acceptum est
nuntium, quod max aliud et iterum aliud est
insequutum, Que licet omnia, ne latius progre-
deretur, admonere debebant Principem, ni-
hilominus tamen sub aurora ipsa Vela Ventis
se suosq; Deo et fortunę committere statuit, para-
uerat iam oia et mens erat medios penetrare
per hostes, sed quia longe aliter dijs superis Visu,
nebula repente et cælo sereno orta, lucis et
remigij Vsum nautis ademit, Nam nec tunc
Danubij per fluenta ob infames scopulos, naui-
gare tutum, inter hęc belli consultores, iuncto
Bauarico equitatu peditatuq; omni aduenunt,
indicantes hostem in Vrbem omnem occlusisse
aditum, Hanc neq; terra neq; aqua tuto
posse adiri, se omni conatu missos, si quo modo
penetrare possent, irrita tamen spe se penitus
effecisse nihil, intercepisse namq; Tyramum,
classe pontes Danubianos hosq; iniecto igne
græco incendisse, et alia exercitus parte, tota
circumuallasse Vrbem, habere hunc suis in castris
Vltra trecenta milia militum, quibus circum
quaq; opplemisset omnia, se nunc eo retrocedendi
cepisse consilium, quo maturius quid in re tam
ardua facto esset opus, Vna secum deliberarent,

Commouebant hæc Principem ipsum non parum
multum, angebat animum consanguineus et ex
fratre nepos Philippus, cruciabat commilitonum
infelicitas, et plebis ipsius quæ Vndiq; cædibus
et rapinis exposita erat, miseria et calamitas,
infractus tamen, si qua arte, modo, aut inge-
nio obsessis subuenire posset, Vsq; cogitabat, Et
firma adhuc erat sententia, Vel mortem fortiter
oppetere, Vel interturbatis saltem hostium cu-
neis, in Vrbem procumpere, Belli autem consultores
quum hunc impossibilia captare intelligerent,
diuersum sentientes ne se tanto huic periculo
committere vellet admonebant, Non enim hic
Vrbis Vnius de presidio tantum, sed totius Orbis
potius de Imperio, nunc concertandum, Ex suo
capite iam non Vnius hominis aut exiguæ gentis
alicuius felicitatem, sed Christianæ R. eip: atq;
Germanæ nationis, salutem Veluti sacra ex ancho-
ra dependere, impossibile esse, quod mente conce-
pisset, tam exigua manu hostium castra pene
traxe, nec id si absq; noxa et periculo fieri possit
omni, Vsq adeo profuturum, nam si et ipse quoq;
Vrbis intra septa concludatur, neminem fore,
qui tanta cum fide Regi Ferdinando electoribq;
ceteriq; germaniæ Principibus quanto in periculo
R. espub: Versetur, queat significare, neminem qui
obsessis interim donec maiores ex Germania
contrahantur Vires, consilio, ope, aut opera
possit subuenire, singulari deorum prouidentia
factum, Vt serius et post obsessam primum Vrbem
aduenerit, non spernendum cæleste consilium,
melius esse in loco aliq° non intuto residere,
et eo quasi munimento quodam se tenere maioresq;

copias operiri, atq; hosti nonnunq; fortius incubenti, data opportunitate a tergo insultare, sic impios illius conatus facile reprimi atq; obsessos socios egregie posse tutari, His et alijs rationibus per, suasus, Vix tandem quieuit Princeps, atq; apud Chremsium, Stain, et Mautecen tria hec oppida, misi quod ea Danubius intermedius disiungit, Vnu Visa, donec spes melior resulgeret, residere constituit, Et oia hec Regi Ferdinando et Principibus Imperij quo celerius fieri possit indicare, missis igitur Vndiq; literis et nuntijs, rem quo in statu sit propere signi, ficat, admonet Vt si saluam velint Rempub: Chri, stianam, patriam liberam, incolumes liberos et parentes, omni collecto iuuentutis robore, impij hostis illius tyrannidi se opponant pro tempore, Nam rem Christianam Vix Vllo Vnq; antea tempore magis accisa, fuisse afflictam, omnia nunc stare in precipiti, breui, misi nouis Viribus fulciantur ruitura, Et quoniam idem incendium, Bohemis et Morauis ceteris q; Marcomannicæ Nationis gentibus, Vicinitate erat proximum eosdem qua et iam antea in armis esse audiuisset, in auxilium accersire non Videbatur importunum, Præerat hijs tum Regis Ferdinandi loco Johannes de Bere, stain Baro, Scripsit itaq; huic Vt celeriter aduersq hostem cõmunem, cõmune ferat auxilium, quod et cæteros quoq; pannoniæ superioris admonuit proceres, subijciens ne patiantur metu conterri, tos incolas diutius palare, sed animis consternatos potius Verbis quibuscunq; in spem meliorem studeat erigere, Memores, longe magis timide fugientibq, quam fortiter pugnantibus mortem pallidam minere, Decretum erat tum cõparato exercitu,

Turcarum classem, quæ Vtrung; pontem occupaue-
rat, eximprouiso intercipere, aut obruere, obsidio-
nis Fortunam in eo Verti ratus, si Danubiana
præsidia prius intercluisset, statuit igitur Viam
ferro in Vrbem aperire, atq; inde obsessos cōmeatu,
et alijs admōnitionem necessarijs rebus iuuare, ape-
ruit id clam misso nuntio Principi Philippo, quo
is cōmilitones suos ad obsidionem atq; res alias
arduas constanter perferendas animaret, fore
enim breui Vt hij eo tempore quo Turcarum castra
esset aggressurus, ad eruptionem parati, omnib9
portis effunderentur, atq; Victores quidem, et
durissima obsidione liberati tandem, hostium
cunеis cōmiscerentur, Dum hec per Principem
Palatinum parabantur, non quieuit eduerso
Turcarum Tyrannus, more suo circumiacentia
quæq; deuastare, missis namq; leuis armaturæ
equitibus quibusdam, nec non classiarijs et
pedestribus expeditis, Veteris Juliobonæ per agros
Marchafeldiam Versus, acie directa profectus,
infirma aggressus, solo æquat cuncta, cæduntur
senes, rapiuntur iuuenes, mulieres turpia mari-
torum sub oculis passæ, Vna cum liberis interiit,
infantes Vel Vtero secti, Vel qui matrum adhuc
herebant Vberibus, parentum auxilio penitus
destituti, stipitibus per Vicos passim suspensi, dul-
cem, quam nuper acceperant, exhalabant animā,
Hæc et alia multa quæ nec scribere, nec fari
phas sine pietate, discrimine, et misericordia,
ab hostibus crudelissimis sunt perpetrata, quib9
haud immerito misera Christi conterrita plebe-
cula, sine duce, absq; rectore, et magistro, errа-
bunda Vagabatur, quo confugeret, aut quem

inuocaret nescia, Principis tandem quem primū
Chremsium, pauco cum milite aduenisse compe-
rerat, auxilium implorat et opem, Venerunt eode
die prelatorum de Closterneuburgo, Cetuagio,
et Melck, Legati, precatum idem, indicantes,
nisi cœnobia et oppida ipsorum firmo quodam
muniantur præsidio, actum iam esse, de se rebus-
que suis omnibus, eo namq; ferentariam Turcarum
exaudisse turmam, et huic nisi celerius militum
nonnullorum occurratur subsidijs, ipsi tanquā
imbelles, et armorum inscij, non possint resi-
stere, Collegerat interea temporis Principis in-
scu, Gulielmus a Beuchaim, fuga elapsos mille
indigenas, quibus dum rectore carerent, ducem
tribunosq; precabatur, Adiunxit igitur hijs op-
portune quidem, et Dijs ita Volentibus, oblatos
Veteranos quosdam, et Bauarorum ex eho cohorte
lectos non Vllos nobiles, qui Vna cum illis prędicta
ad loca profecti, ea ab hostium impugnatione
fortiter sunt tutati, eadem industria et Arpa-
chium, nobile non procul a Spitz, oppidulo situatū
monasterium, ab incursionibus hostium tutum,
per loci illius præfectum et illæsum fuit conseruatu,
tutabantur iuxta Stockeraniam Diui Colomani
morte insignem Vicum, cum indigenis loci
incolis Danubij transitum Chremingi fratres
Germani duo, gloria insignes, Haimburgum Vero
pedites sexcenti, qui quum tantę hostium multi-
tudini resistere diffiderent, summa rerum trepi-
datione, deserta arce, Corneoburgum se contulerūt,
Vbi quum multa militariter per scenitium in
Ciues perpetrassent, a principe in ordinem redire
hijsq; desistere iussi, minus obtemperantes adem-

tis signis et armis, prouincia secedere grauioris
pręnę sub cōminatione iubentur. Ortum est
proxima nocte et sequenti Chremsij incendium Inuendū in Chrems
ingens, quo auctore incertum, multi id mili-
tibus ob ignominiam missis, multi id hostibus
in proximo locatis putabant ascribendum, perie-
runt eo Conrado Gotzmanno peditum ductori,
equi nonulli et ministri non ignobiles. Dum hęc
foris agebantur, Ferentarij Turcę bellico ritu Vrbi
ob equitando integrum per triduum circuita per-
lustrabant, nostri Vero ediuerso mœnium intra
munimenta intacta delitescentes Virtute, oia
quæ ad defensionem erant necessaria præparabāt,
Suburbana igitur quia ampla et immunita, ne
damno nostris forent, et presidio Turcis, diruta
sunt et incensa, machinæ et bellica instrumenta,
per turres et eminentiora quęq, Vnde in hostium
castra facilius posset eiaculari, ordine recto dispo-
sita, Naues quę in anchoris iam diu prestiterāt,
atq, Italicum frustra expectauerant militem,
submersę, fossę post muros ductę, et aggeres
erecti, Vrbis custodia per stationes diuisa, et
Valida Vndiq, elocata præsidia, portæ penè oēs
preter eas per quas egredi nonunq, in hostes lice-
ret, latere cecto obductæ, et sic compositis reb9
non diu manib9 et armis temperatum. Nam
mox occupatum castrorum munitione hostem,
aggressi exigua manu nostri, collatis Vltra Vallū
et munitiones signis pepulere, tentatum est idem
sæpius et plerumq, feliciter peractum, nam cæso
hoste pluimo, sine sanguine nostro in Vrbem redi-
tum, postremo etiam et Hÿbrahim Bassa, secre-
torum Tÿranni omnium conscius, dum gratia

speculandi Viennæ situm incautius processerat,
penè fuit deprehensus, actum fuisset procul dubio
belli de mole, capto hoc, tanq̃ Vnico rerum et
omnis fortunę arbitro, quia vero hunc seruare
ad peiora, et Dijs quoq; ipsis placuit, nostratium
manus et is tunc quoq; effugit, Bis quidem
in huiusmodi eruptionibus a nostris militibus,
male pugnatum est, semel quum cohortis Ductor
Vuolfgangus Hagen, noctu Vrbem infelici egressu
auspitio, Vt suos tuto reduceret et incolumes,
inter primores impigre dimicans, Gregariorũ
suorum qui ordines turbauerant, inertia potiq;
quàm fortitudine hostium Victus, ad arcis por-
tam cum Veteranis quibusdam et Hispanis
fortiter occubuit, et iterum semel quum Chri-
stopherus Zetlitz Vexillifer quingentorum
equitum turma, hostium vsq; procurrisse ad castra,
et captus denuo nimia multitudine circum-
uentus, cum sex cõmilitonibus suis, qui etiã
ea acie cæsorum cõmilitonum suorum, atq;
leprosorum quatuor, quos per summũ scelus tru-
cidauerant Turcę, capita contis præfixa gestare
sunt coacti, in Tyranni perductus est conspectum,
a quo multum de Regis Ferdinandi absentia
et rebus, multum etiam de principum animis
et instituto, quibus Vrbis tutela cõmissa erat,
hanc ne contra tantam potentiam ipsius seruare
se sperarent? interrogatus, apte et prudenter
respondit. Ferdinandum Regem non admodũ
procul hinc abesse, Nam iustum expectantem
exercitum in Lyntio oppido residere, Decretum
enim huic, per Germaniam, Boiohemiam et
Marcomanniam cõmuni omnium consensu, ausi-

auxilium maximum, aliquantisper igitur si Vter
bello plus Valeat experiri libeat, et donec conueni,
atur expectandum, Regem neq; absuturum diu,
tuis, neq; seuam Martis aleam detrectaturum,
maturare enim et hunc rem, et has nationes
omnes iamdudum ad arma conspirasse. De
principum Vero animis et instituto scire quod
Vellet, sibi parum liquere, sed hoc Vnum con,
stare, Principes hos et reliquos comilitones oies,
sumos et imos, conceptis iuramenti Verbis, iam,
pridem Vouisse, Vel Vrbem tueri magnanimiter,
Vel suprema queq; perpeti, et diram mortis, neces,
sitatem sortiter obire, frustra itaq; eum tot bellico,
sissimis illic presidentibus Viris, (: quod Venia sua
dictum Velit:) predę huic inhiare, quum illis spes
omnis, non in męnibus et muris, sed in armis et
Virtute posita sit. Adesse enim illic intra Vrbis mę,
nia cum Principe Philippo Nicolaum de Salmen
Comitem, Guilhelmum de Rogendorff, Leonhar,
dum a fels, et Eckhardum de Reysch, bello oies
inuictos heroas et magnificentia rerum gestarum
insignes et claros bellatores, qui non facile ad quem,
uis leuis aurę Ventum soleant concitari. Ad quę
et si cōmouebatur aliquantulum Tyrannus, dissimu,
lato tamen calore, pauca hęc tantum intulit. Se
huc Vsq; multis cum gentibus congressum, Victorem
fuisse semper, nec labores suos antea Vnq; frustratos,
quare ne et nunc quidem de Victoria et belli for,
tuna, quamuis sępius sit anceps et dubius Martis
exitus, desperare. Cęterum nosse hunc et alios
Vna secum captos, se Vitę illorum iam et necis libe,
ram habere potestatem, et Vitam si Velit nunc eis
posse auferre, hanc autem hijs, quoniam et Victis

Princeps Philip: nicol: de Salm.

hostibus ignoscere sciat, iam Vltro donare, Vrbis
Vero defensoribus, illuc reuẽsos Verbis suis iubet
nuntiare, Vrbem illam quam tamen aduersus
tantam potentiam cui nec Taurinum nuper, nec
Rhodos clara restitisset, tueri aut defendere esset
impossibile, ipsi traderent, certusq; pacis conditio-
nes et leges, quas ipse dicturus esset susciperent,
tractaturum se de hijs extra Vrbis mœnia, ne
militum Vulgus impium quid interim aut crudele
admittat, difficile enim esse id a sceleribus et impie-
tate cohibere, curaturumq; se intra cetera imprimis,
Vt illis salvis corporibus et rebus hinc liceat abire,
confidant itaq; clementiæ suæ et omnia candida
futura, sic eos sibipsis et rebus suis recte cõsulere,
si pro tempore, et priusq; Martis sœuitia latius
euagetur, ad benignitatem suam confugiant, sero
nimis hæc post exitum Victoriæ expectari, Vbi
nil, nisi mors atra, cædes certa et exitium mise-
rabile soleat imminere, quare pretendant, secum
exacta scrutinia rem diligenter, ne id quod eis per
indulgentiam nunc Vltro offeratur, posthac pre-
bus nequeant impetrare, Decreuisse se omnino
hinc non nisi expugnata Vrbe discedere, et sub-
acto toto terrarum Orbe, in patriam regiamq;
Constantinopolim redire, Quemadmodum enim
duobus solibus, Alexandro, Macedone teste, legi-
time regi non possit mundus, ita duobus regibus
non queat recte gubernari, Vnum esse omnium
in cælis dominum, se Vnum in terris Gentium om-
Principem futurum. dixerat hec, et continuo
retento Vnice Vexillifero, cæteros omnes et aureis
tribus Hungarici ponderis singulos donatos di-
mittere iussit, Reuersi in Vrbem summo gaudio

excepti, grauia hęc et imperiosa Tyranni mandata
referentes, Principibus exponunt, qui surdis auribo
excipientes, adhęc respondere quippiam iudicabat
indignum, quare quum se ampullosaq; et magnifi-
ca verba illa sua contemptum iri sibiq; a nostris
nihil responderi intelligeret, animo et ira æstuans
diu noctuq; volutabat, quomodo urbe potius, contemp-
tam suam Vtiscereture Maiestatem, Visumitaq;
hanc summa vi et conatu omni oppugnare. Sita
est autem Vienna quinq; millia passuum a Cętio
monte, ima in planitie, Flauia a Gente quon-
dam dum Pannoniæ terminos Romani, Barba-
rorum aduersus incursiones tutabantur condita,
et ob memoriam nominis tanq; positum monumen-
tum Flauianum, olim ab aris Herculis, Alex-
andri aut Bachi ritu ibi conditis, appellatum,
nunc vero Viarma prima syllaba omissa, Vel a
torrente qui eam a meridie imbribus auctus
præterlabitur, sic dicta. Quę licet septentrionę
versus Danubij fluminis obiectu fiermior aliquantulu
reddatur, reliquis tamen ex oris neq; arte neq; na-
tura vsq; adeo est munita, Nam fossæ ante mœnia
si quę sunt, siccæ, et nullius laticis liquore perfusę,
facilem oppugnantibus præbent ascensum, et mœnia
ipsa, quamuis cothili laterculo sint constructa,
turrium tamen propugnaculis hostilem aduersus
vim et iniuriam non satis sunt fiemata, quia
et hæc nec lata nec alta, Veram adhuc referre
videntur antiquitatem, Adortus igitur hanc quin-
decim e regionibus Vineis admotis, cuniculisq;
et subterraneis meatibus actis, muri mitebatur
subuertere fundamenta, quos fomentis, sulphure,
bitumine et puluere tormentario farsexat, Vt

Situs Vienne

Cętius mons

Vienna vnde dicta

igne admoto militem suum, quem Vndiq; in aciem eduxerat, tanq; fumi nebula tectum, Vrbis intra munitiones ingenti ruina patefactas, facto im-
petu deduceret, sed præsides Dij atq; tutelares loci, auctore Christo, suorum miserti, crudele illud et impium Tyranni detegerunt consilium, capti enim per opportune et secreto quodam fatorũ ordine transfugæ tres, Verum prosaxi tormentis coacti, proditionis præmio accepto, Vrbis ędifitia incendere se pollicitos fatebantur, Vt dum intus ad accendium concurreretur incendium, ipse interim foris, nudata suo præsidio occuparet mœnia, in-
dicabant idem et Turcæ a nostris militibus depræ-
hensi, et idem Fridericus Princeps misso clam nun-
tio admonebat, Vnde facti alacriores nostri, nihil laboris aut curæ Vlla ex parte remittebant, atq; longe maiori quàm antea diligentia intra Vrbem stationes, ante portas custodias, et post muros per-
agebant Vigilias, Et tum demum qua ex parte muxum suffodere niterentur animaduersum, doli detecti, atq; fodientium elusa opera, Quicquid enim ab hostibus illuc Vnq; congestum, id totum a militibꝰ nostris contrarijs et transuersis cuniculis aut meati-
bus actis, Vi raptum, aut solertia quadam et astu ablatum, et hostes etiam ipsi nonnunq;, qui se ten-
tandæ Fortunæ gratia illic condiderant, grauiter afflicti, inania cępta Tyranno et Vanos labores referebant, qui Vt et hoc sibi parum feliciter pro cedere sensit, quadrifariam diuisum exercitum, et senas sibipsi succedentem in horas, continuato die ac nocte prelio, Vrbem iubet oppugnare, et fosso-
res interim in auersissima munitionum parte, cu-
niculos numero plures agere, Vt sic Vel perpetuis

laboribus exhausti, atq; paucitate milites nostri
victi, loca deserere cogerentur, vel operis a sensu,
armorum strepitu et dimicatione auersi, ad tos
cuniculos non sentire, Non fuit vana spes Tyranni,
nam statim ac signum inuadendi Turcis datum,
et a nostris intra mœnia ad arma concursum,
suffossus, et crebrequi pulueris impetitus murus, tri-
bus ex oris ampla patefacta fenestra, corruit, Vnde
ingenti sublato clamore commixi primo Turcæ, et
agmine densato patentes muri aditus, per ruinas
magno molimine gradientes, oppugnare cœperūt,
atq; nostros omni glandium ac telorum genere
impetere et vrgere, nostri vero ediuerso primo
in limite immoti, et animo infracto stantes,
insultantium impetum sustinere, atq; hostes ipsos
lancearum contis tormentorumq; globulis, forti-
ter excipere conabantur, et arcere, illi Germa-
norum ac Hispanorum militum ardorem,
micantemq; ira vultum, non maiori constantia
ac Samnites olim furentia Romanorum ora
ferre, sed mox impulsa a fronte tantum acie,
omnes retrorsi, Germani Hispaniq; milites
erumpere, trepidantes à tergo cædere, et si quos
maior solito audatia ad altiora vrbis mœnia euex-
erat, ad ima præcipitare, Tyrannus fortes pri-
stinæ virtutis et gloriæ admonere, labore et
vulneribus fessos reficere, atq; subsidijs nouis sul-
cire, ignauos increpare, et demū amissum
prelium redintegrare, Hij vero rem non alia
virtute quam antea gerere, Nam accepta cla-
de maxima etiam postremo Imperij et ordinū
immemores, ex alie auffugere, quā pudebat igno-
miniæ, quam non ad vrbis vnius modo expug-

nationem, sed ad Vniuersi belli summam pertinere existimabat, Tyrannum, Et iam si quo modo gloriam recuperare, clademq; acceptam memorabili quadam re, et facinore aliquo insigni, abolere posset, anxius et furibundus cogitabat, Indignum videbatur tot consumptis et exantlatis laboribus, ceptum opus deserere, econtra vero periculosum tot praestantes et bellicosos viros, tenerarias Vrbis Vrius in oppugnatione deperdere, Placuit tandem paucis diebus interiectis, et donec animos et vires resumerent milites, armis temperare, et denuo reparatis primum et compositis omni studio rebus, suma Vi et omnibus copijs circumuallatam corona Vrbem iterum inuadere, Eductus itaq; in aciem et in stationes, Vnde tutius prorumpere posset miles, qui et iam ad signa elocatus consistebat, Vt nostras cohortes, tanta alacritate, pro muris et moenibus excubare conspexit, totus animo frangi cepit, et trementibq genubus collabi, sonabant iam Vtrinq; classicum tubiones et ad belli munia fortium animos incitabant, sed Turcae metu exanimes, non secus ac cõspecto Persei quodam spectro, in saxa mutati, persistebant immobiles compertum tunc, Vt saepius antea, illud Catilinae dictum quam Verissimum, Verba Virtutem non addere, et Imperatoris orationem ex ignauo strenuum et timido fortem non facere, Quoniam et isthos ad omne imperium surdos iam et pertinaces, non Verbis tantum et lenta Vite, Vt quondam apud Romanos moris fuit in ordinem cogere, Verum etiam et strictis gladijs et acijnacibus nudatis Tyranni iussu, Verbera multa intentantes, Verbis in

oppugnationem adigere niterentur, Zumbassi
ipsi et tribuni militares, ab inuitis tamen et
a superioris certaminis memoria pauidis adhuc,
nec oppugnationem nec operam aliquam aut ob
sequium militare extorquere potuerunt. Totum
sic actum est triduum, Vt hij ante castra, et extra
Vallum, sepius educti, sepius in agmina et acie
coacti, stupidi penitus, et absq; omni aculeo, et
tanq; primo insultu totum Vicus semel profudis-
sent, sua in pertinatia perduxarent. Quum
igitur Tyramus Gyngis heros illos suos, in quibꝫ
omnis belli et Victoriæ spes non secus ac triarijs
olim situata et reposita erat, æque ac gregarios
milites et mercede conductos, quos Asapides Voca-
re solent, animo consternatos, et diuturna obsidio
ne et longa profectione pertesos animaduerteret,
Regemq; Ferdinandum iam et Principem Palatinũ,
ingenti Germanorum et Boihemorum robore cir-
uici sug, suo tergori audiret imminere, timore
perculsus, fugam cepit meditari et obsidionem, hije-
mis ante aduentum, quam nec sui tanq; Asiatici
molles et frigoris impatientes ferre poterant, dissol-
uere, Aduocatis itaq; in concionem Visiheris, Beg-
lergebis, Bassis, Sansachis et Zumbassis, atq;
alijs tribunitig aut alterius cuiusuis militaris
potestatis hominibus, habita oratione, hunc prope
in modum disseruit, Audimus comilitones, Ferdi-
nandum Regem atq; Fridericum illum Palatij
Rhenig principem, conscriptis per Germaniam
Boihemiam et Marcomanniam, aduentare
exercitibus et Vtranq; Danubij fluminis secundum
ripam, nos contra infestis signis contendere,
Quod quidem summis Votis optabamus antea, id

oro Turcę de relinquen
da Viennę obsidione

nobis iam sexo mmis, post tantam militum nostra
tium pertinatiam Videmus Vltro obuenire, Nam
si iusta acie cum hijs nunc fuerit decertandum,
Vix æquo marte in tanta militum pertinatia
depugnabimus, Quam enim periculosum et diffici
le sit, inuitis ac repugnantibus militibus præsum
mire, atq; anciptiti belli fortunę se cõmittere,
Vos ipsi longa experientia rerum edocti iampri
dem nostis, Quare quum non minor sit Virtus
adempta opportunitate, armis nonnunq; tempera
re, quam oblata occasione hosti magnanimiter
occurrere, Decreuimus tandem obsidionem hanc,
quam et Vestro consilio nuper suscepimus dissoluere,
militemq; ipsum pro tempore et priusq; frigoris
et hijemis intemperies abeundi facultatem adimat,
in portum et hijberna reducere, Vestrum autem
erit hęc omnia, ne Vel miles animaduertat, aut
hostis præsentiscat, summo silentio, Minotauri
simbolo moniti, contegere, atq; eductо iterum
in atiem statione sq; milite, oppugnationem Vestra
de industria singere, Vt hac simulatione tuti, nos
interim cum sarcinis cum impedimentis et grauio
ris armaturæ militibus sensim hinc subducere, et
Vos deinde tanq; Velocitate corporum ac leuitate
armorum, ad accelerandum iter expeditiores faci
lius subsequi positis, Ita enim fiet. Vt metu dubius
hostis męnibus egredi non audeat, et exercitus no
ster incolumis ad tutiora euadere queat, Gnauiter
exequturi mandata duces illi et tribuni, corpora
milites Veteri Græcorum more curare iubent,
et arma expedire, atq; dein quum primum clas
sicum intonuerit paratos adesse. cessatum est
Vtring; ab omni opere bellico biduum, et ad noctem

demum tertiam sequentem, dato prodeundi signo
in aciem reditum, ordines instructi, agmina
in stationes deducta, atq; oia quecunq; ad oppug-
nandum necessaria, magno apparatu expedita,
stabant extra Vallum Turcae, Vix arma manibus
retinentes tremuli, cuncta quę simulabantur ex
Vero agi existimantes, Nostri autem intra muros
quamuis consiliorum Tyranni penitus ignari, ni-
hil remissum aut humile cogitantes, actis dili-
genter pro tuitione męnium custodijs, atq; muri
ruinis sedulo refectis, hostis aduentum expecta-
bant, decantantes etiam leti interim, non Vete-
rem illum Germanorum Barditum, sed hymnos
sacrosanctos et Christo suo dignos Versiculos, prę
sagientibus forsitan animis finem nunc adesse
laborum, Fit enim sępius Vt et nescia mens hu-
mana, quasi numine quodam tacta diuinitus
futura prenuntiet, Collato prope pede et ex propin-
quo posthac pugnatum nunq;, sed oia Bombar-
dis et machinarum tormentis eminus acta, tege-
batur celum densa glandium et missilium nube,
tremebat tellus et ingenti edito mugitu move-
batur, Vulnerati multi, cesi, aut pede lacerati,
tormentorum Vi et impetu tanq; turbine rapti,
mediam aeris per regionem ferebantur, cecidit
eo in tumultu dum incautius progreditur, Nata-
lię prędes, sumo Tyranni atq; suorum omnium
luctu, fulmine Caranthiaca è turre emisso letali-
ter ictus, Motus hoc infortunio Tyrannus, incensis
statim prima sub Vigilia castris, institutam antea
accelerat abitionem, quod tamen ne foret multu
miseros prius Christicolas, quos sors iniqua captiui-
tate inuoluerat, contra ius gentium et phas omne,

crudelitate summa coram macture iubet omnes, audi
tus est morientium eiulatus et clamor, nostris a mili
tibus, intra Vrbis mœnia, nescientibus tamen qd
ageretur, donec postera die exorto, hostis fugam
animaduerterent, cæsorumq; corpora passim castro
rum per planiciem dispersa reperierunt. Miseran
dum hoc quidem et triste spectaculum, iacebant
mixtim sanguine Vulneribus et cruore fœdati,
Viri, senes, iuuenes, pueri, matres, neq; enim
sexui Vel ætati pepercerat, ferina belluæ illius
rabies soluta vtaq; Vrbis nobilissimę per tyrannũ
Hymbraim Bassa crudelissimum obsidione, Hybraim Bassa consilia
rius intimus et secretorum omnium Vnicus arbiter,
nemo enim in admonendo hoc Vno ius maius,
aut libertatis plus habebat, collectis leuioris atq;
expeditioris armaturæ equitibus, compositisq;
ex arte et industria subsidijs, precedentem a tergo
in tergum per diem suum tutabatur tyrannum,
qui correptis repente signis, tanta cum accelera
tione illis hinc profectus est, vt et Vrbes et oppida
omnia, quæ improuiso metu et tanto rerum tu
multu perculsa, imperium acceperant, et derelitio
nis Velamenta oleæ ramos scilicet, et portarum
claues obtulerant, nullo Vel stipendio Vel presidio
impositio, intacta reliquerit, et quinta post abitio
nem die Budam Hungariæ xxxij. miliaribus
germanicis a Vienna distantem, omnibus cum
copijs peruenerit, non minori cum dedecore et
turpitudine ex Germania tunc, q̃ quam trien
nio, quum tamen Romani hanc ducentis et
decem annis Vix triumpharint, subigere certo
sibi persuaserat? qua quondam Xerxes Persa
rum Rex cum tam numeroso exercitu e nobili

Græcia affugiens, amisit tam celeri ex profectione
suorum quam plurimos, Quorum cadauera Vna
cum ingenti Camelorum et bestiarum numero
strata passim per itinera fuerunt reperta, Vi
frigoris, hyemis seuitia, et famis diuturnæ iam
dudum antea emacerata, Petierunt nostri, antiq̃
legum contra constitutionem, qua C. Thriphonio
teste 3 cautum fuit, ne captiuorum ratio haberet
aliqua, aut cum hoste de hijs ageretur quicq̃, capti-
uorum permutationem, inducti ad id, non tam
suorum misericordia, quam captorum Turcarũ
perpetua precum instantia, misso nuntio a Bassa
Hijbramo Tyranni loco contra morem responsum
perbenigne, posse si Velint, absq̃ omni periculi metu,
de hijs qui agant, transmittere, se enim neq̃ ad
prædam neq̃ ad Vrbium Vernse euersionem, sed
Vt Regem Ferdinandum tamdiu expectatum, et
nusq̃ comparentem ferri Virga muisserent, con-
cessisse iampridem nostratibus nonnullis absq̃ omni
redemptionis precio liberam redeundi potestã-
nio facultatem, quod Vt et ipsi faciant Vicissim
rogare, Nam Martis aleam eo nunc progressam,
Vt hoc cõmertij genus inter ipsos futurum sit quot-
tidianum, nuntium ipsum Baptoserica et Zetli-
tium Vexilliferum, quem in eruptione captum
iam supra diximus, aurea Veste donatos dimisit,
et suis nunciare iussit, se omnia posthac quoniam
et hosti fides seruanda bona et Attica tractatũ
fide, nam quod presidijs Budam elocatis, pacta
conuenta nuper non sint seruata, id non Turcis
ipsis, qui fidem semel datam fallere non norint,
sed Germanis ipsis potius qui perierint imputandũ,
Veritatis tamen sine ratione hęc, Certum enim est

hos, contra ius et phas, fidem præstitam et pacta
manu sub scripta Tyranni, Vna cum Ducibus duobꝰ
Christophoro Besserer et Joanne Traubinger inermes
iam et deditos, a Gÿngis heris fuisse trucidatos,
At quis in Cÿlice fraudem, in Thrace comentum,
et in Turca huiusmodi miretur mendatium, quum
hij et ridendo et per ludibrium fidem fallere soleat,
Laus Friderici et Philip. Palatinorū
Preclara tunc maxime per omne obsidionis tempꝰ,
Principum palatinorum Friderici et Philippi Victꝰ
illuxit, qui inter cæteros quamuis multi illic egregij,
insignibusq; factoribus et rebus gestis prestantes adfue-
rint Bellatores, Velut inter ignes Luna minores
emicuerunt, Nemo enim hijs Vnis Vigilantior, ne-
mo laboris et periculi tollerantior, neq; enim Vllis
molestij exhauriri poterant, aut curis Vinci, sed
omnia circumeuntes, omnia perlustrantes, nunc
boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris
munere fungebantur, strenuos comiter compel-
labant, saucios et egrotos fomentis et pecunijs
mire confouebant et iuuabant, Vt plane autam
Maiestatem in hijs cognoscere potueris, et Pala-
tinum ingenium perspicere, Quare quum alter
foris, alter intus, Vrbem tanta conseruasset indus-
tria et Vigilantia, conuersi enim in eos omnes,
hos Seruatores patrie, hos σωτῆρας et parastatas
appellabant, Vnis hijs omne quicquid Vnq; magnifice
gestum erat tribuentes et acceptum referentes, Na
et crebre inter hæc Vrbis ante liberationem a Tur-
cis factæ excursiones, tanta nostris a militibus
Principis Friderici auspicio represse sunt felicitate,
Vt nisi celestium id tribuatur benignitati, Veri
fidem, atq; credulitatem superare videatur om-
nem, Vicit mille Turcas triginta nauibus Danu-

bium transgressos, Maxafeldiæ per agros rapien-
tes et incendentes oia, ad Stockorauiam, Juli-
us de Haxdeck Comes, ducentis cum Equitibꝫ
missus, in quos quia tum primum sub oculis ipsius
arcem et Vicum Schmida incenderant, iusto
animi dolore commotus, Equites tanta concita-
uit Vehementia, Vt hos prope prius ad intermitio-
nem cæciderit omnis, quam hunc ipsi adesse præ-
sensserint, amisit tumultuaria hac pugna, præter
Vnum cui Coborle nomen, suorum penitus nemi-
nem, et hunc tamen morientem non inglorium,
Nam is Vt primum mutuum peuentum fuit in
conspectum, equum tam acri impetu, calcaxium
stimulo in hostes adegit, Vt per medios et fugaiam
effusos, ad naues Vsqꝫ præter omne negotiun
procuperit, et Vnam ex hÿs secum, in quam hosti-
bus grauem et repletam desiliyerat, ad fluminis
ima demerserit, sponte moriens, et non secus
ac si Veteri Decij aliquius, aut Codri ritu, super
telum pectibus subiectum consistens, præfante
pontifice solemnia Voti Verba, patriæ pro salute
caput suum deuouisset, Occidit partim fudit et
cepit, Caspar Erlebeck a Trauſmtz ad Tresel-
mauri pistrinum, quod direptum incendere
moliebantur, trecentos Vltra Turcas, decem cum equi-
tibus tantum et pedititibus prætorianis sex mopinantes
adortus, Leonidæ Sparciadum Duci haud absimilis,
nisi quod is medios inter hostes concidit, ille Vero
trophæa ad suos lętus et Vinus reportauit. Multi
hostes a lenis armaturæ equitibꝫ, quos Hussaxos bar-
baro appellant Vocabulo, confossi sunt, multi capti,
et ad Principem Fridericum Viii perducti, Multi
etiam quum aliquando ad templi cuiusdam turrim,

nephasti ex sacro, Vitæ quærentes præsidium,
confugissent, a Georgio de Leuchtenberg provin-
ciæ præsidæ, Sigismundo a Vuexelberg, Vagitio
Paulo, et Vuolfgango de Vuerdt, Bauaricum equitū
præfecto, Corneomburgum iuxta, Vbi principis
iussu præsidebant, tyranni sub oculis, et toto
propemodum Danubij ex ripa spectante excruciatu,
cæsi sunt et ignis fumo, non aliter ac quondam
Alexandri Seueri Imperatoris iussu, fumi Vendi-
tores enecati. Liberata autem sic, Vt iam dictu est,
obsidione Viema et rebus hijs ita insigniter gestis,
Princeps Fridericus, illuc quam maximis potuit
itineribus contendit, eo animo atq; instituto, Vt
iunctis Vtrimq; copijs cum hoste, si is pugnam non
detrectaret, acie confligeret, Vel saltem postre-
mum agmen præcursoribus, si fugientem consequi
non quiret, incesseret aliquantulum et carperet.
Quare mox Vt Viemam venit milites conuocare
iubet, atq; numerum eorum tribunos inire, sed Vix
cepto lustro, Gregarij statim tumultuari, stipendiū
quintuplex ob egregie defensam Vrbem poscere cœpe-
runt, comeatuumq; omnium quos per obsidionis
tempus insumpsissent, gratuitam remissionem
exigere. Princeps eos primum leniter et innata
clementia sua admonere conabatur, ne partam
tanto cum decore nuper gloriam tam atra nota
Vellent fœdare, demum etiam adhortari et
precari ab hoc rerum tumultu desisterent, nec
egregium illud et nobile quod ipse instituisset opꝰ
iam præpedirent. Fateri quidem se eos omnes
ob nouatam in defensanda Vrbe sortem operam,
præmio et obsidionali corona dignos, importunū
tamen esse hijs friuolis contentionibus, tempus

Tumultus militū in Viema

nunc terrere, nunq; enim antea magis quum hostis interim elabatur, nocuisse differre paratis, sibi igitur credant, se namq; sedulo et diligentia summa curaturum, ne insignis eorum virtus maneat indonata, modo in præsentiarum pare, ant et obsequantur. Monit hos nihil Principis be, nignitas, sed maiori cum opportunitate æra militaria et stipendij auctarium flagitare insta, bant, et quum ad molliendam illorum pertina, tiam, Ductores quosdam hijs longa per militiæ tempora notos demisisset, accensi acrius ira ma, gis sæuire, postremo quoq; proiectis Sarissis atq; lanceis suis, Ductoribus circumuallatis, ni otius æra dentur, Lymphati et furibundi mortem mini, tare protracta est huiusmodi concertationibus vsq; in serum tota dies, et tunc primum discessum, sed mox postera luce vix dum recte exorta, eo iterum recursum, et tum quoq; perniciosum dici, piende Vrbis consilium per eos ferebatur initum, Quare quum nec imperium apud hos valere vllu perspiceret, atq; se et socios omnes et Vrbem ipsam in summo periculo, in summo discrimine versari in, telligeret, festinandum duxit, et insano illorum furori anteq; maiorem erumperet in sæuitiam occurrere, ad compescendum itaq; eorum tumul, tum, triplex hijs partus est stipendium, sed sero nimis id tum erat, quia hostis interim ad tuta, et vnde eum consequi haud erat possibile, euase, rat, laxauerat animos forsitan nimia idem sub tempus indulgentia, nec non et rei militaris, dum hostis foris acriter vegeret, satis licenter habita disciplina, Non mansit tamen id impu, nitum, quoniam et si facinus illud non eadem

ſæueritate, qua olim huiuſmodi mala expiari ſoli-
tum fuit, decimatione Vel crate ſit Vindicatum,
in capita tamen ſeditionis auctq; auctores nonullos
tanti criminis Vltore gladio grauiter fuit animad-
uerſum, Fredę multæ ea ante tempora exortę ſut
tempeſtates, morbi Varij præſertim per Germani-
am incogniti, peſtilentia ingens, nec non per mul-
tos annos continua prope rerum omnium ad Vitæ
humanæ Vſum pertinentium inaudita charitudo,
quibus prodigia multa, Deorum in nos iram
ſignificantia accedebant, Nam Viemę diu antea,
tres ſoles Vnico arcu inclusi, integrum per diem
in cælo ſplendere viſi, Luna ſanguinea maculata
cruce per noctem conſtitit, trabs ingens et trecento-
rum paſſuum longitudine, Diui Stephani Pro-
thomartiris, atq; Vrbis illius numinis tutelaris,
per templum ducta, prima poſt meridiem hora
comparuit, humanas hęc territauere mentes,
ad Deum igitur concurſum Delubra, et obſecratio-
nes inſigni animorum factę deuotione, id ſaltem
impetrauere, Vt certum, quod paſsim imminere fere-
batur ab Vrbe et Orbe, Friderico et Philippo Prin-
cipibus Palatinis auctoribus Veluti Dioſcuris quibus-
dam pelleretur exitum,

Dum hęc in auſtria a principe gerunter, habitu,
Vt ſupra dixi, mercatoris, Venetias perueni, et ad
ſuckaeorum factorem, in ędes teuthonicorum
diuerti, relicto ad cuſtodiam equorum meorum
in portu Meſtri famulo, Sollicitus autem de me
plurimum factor, Vt qui ſciebat omnia itinera ad
Cęſarem eſse plena militibus et latronibus, (agebat
autem is tum Placentię :) tandem reſciuit quen-
dam mercatorem Vlmenſem Noię Marcum Semlez.

Velle ire Mantuam, et querere comitem, huic aſso-
ciatus, ſumo mane conſcensa nauicula diſceſsimus,
Vt autem nihil latebat circumſpectiſsimum Senatu
mox Vt attigimus terram ad manu factum flumen
quere Brentam vocant— quo Paduam nauigatur, et nobis proſpici de nauicula
rogaremus, aderant mimirum a Senatu ad hoc
ordinati lictores, qui nos comprehenſos in nauem Hubertus captus
coniecerunt, et Venetias reduxerunt, poſtq̃ autem a Venetis
ante aꝛ̃am Diui Marci Venimus, adſuerunt a
Senatu qui Semlerum eduxerunt, et ſarcinam
omnem mãz acceperunt, ego ſolus relinquebar
inter ſedecim lictores, quos ſingulis propemodu
horis, miſsis ſubinde alijs atq; alijs pari munero,
cõmutabant, Vt me diligenter adſeruarent ſæ-
pe rdum ex compoſito, Vt opinor, ducebant me
iuxta triremes, Vbi pauperes homines captiui
miſerabiliter Varijs modis torquebantur, quos
aſpicere cogebar, expectans Vt pari modo mox
hmoi tormentis ſubijcerer, Deinde ſub patibula
quorum magnus erat in mari ſuffixus numerus
reducebant, et tentabant manu, an ferre ponderi
poſſent, et ita hijs ſpectaculis ab hora ſeptima ma-
ne Vſq; ad quãtam a prandio fallebam tempus,
inſcius quid de me ſtatueretur, Semlerus autem
a Senatu agnitus ilicò dimiſsus eſt, qui caſum
meum hucuſque factori retulit, Ille nihil cunc-
tus Senatum adijt, et Vt dimitterer contendebat,
adſerens me ſui heri eſse famulum, Illi vero moras
nectere donec audirent forſan an aliquid territus
confiterer, Circa quartam horam aduenerunt
quattuor Viri ſpectabiles ſine lictoribus, qui ingreſ-
ſi nauiculam meam interrogant me, num Velim
cõmedere, adſecetur mea pecunia, Ego reſpondi,

malle me dimitti et liberari hac captiuitate, qui
nihil ea dignum admisissem, Nullum Venetum
Venetias mercatorem, si quidem eos ad hunc mo-
dum tractare vellent, bello non indicto, Audien-
tes me tam confidenter loquentem, Inquiunt, ergo
eamus ad Senatum, quia vero magna hominum
multitudo ante Palatium, que me videre cupie-
bat, congregata stabat, iusserunt nautas in angi-
portum deflectere per quem in Senatum ascendi-
mus, Vt ingressus sum video sacculum meum aper-
tum prope me iacere, et desuper fasciculum literarū,
cui forte fuccari literas quas mihi dederat ad suos
factores per Italiam, si pecunia indigerem, adliga-
ram, integrum et minime dissolutum, quare auda-
cior factus, quid molirentur expecto, Illi me excue-
rem me iubent, pareo illico, et Vt me mater genuit
ante illos nudo sisto, tum demissis capitibus abeunt,
et solum cancellarium apud me relinquunt, qui iubet
Vt vestes resumam et me induam, bonog Vt animo
mo suadet, nihil mali me passurum, deinde inter-
rogat, in qua Germanie parte habitarem, Re-
spondi, non procul ab Heidelberga in ditione Pa-
latini Electoris, atqui inquit ego aliquando Hei-
delberge fui, a Senatu meo missus Orator ad
Electorem, qui me honorifice tractauit, et ab eo
tempore amo omnes Palatinos, Ego tacebam,
quandoquidem dissuaserat fuccarus, ne dicerem
me esse a Comite Palatino missum qui iam esset
Dux exercitus contra Turcam, cui ex federe mi-
serant ad obsidionem Vienne Veneti quattuor
homū milia, et quia habebam literas, quas crede-
bant tales vocant ad Cesarem sine instructione, Vo-
luissent plura ex me extorquere, quam indicare

Hubertus nudus sistitur

posſem, Deinde subdit Cancellarius, Comes Pala-
tinus habet etiam multos Lutheranos in suis ditio-
nibus, Vix potest fieri inquam quin quamplurimos
habeat, quum sit Landtgravio et tot ciuitatibꝰ
Lutheranis Vicinus, Tum ille, Nos hic etiam pro-
fecto haberemus opus Vno Luthero, qui repurga-
ret nrām Vrbem ab īmunera et superflua cleri
multitudine Quum autem hæc diceret, supeuene-
runt qui abierant Senatores, mihiq; dicunt, se
Duci retulisse que apud me muemissent, et eum
rogare, ne egre, que mihi acciderant ferrem, ha-
berent cum Cesare bellum, et ductus fueram ad
illum trās quas Cambij Vocant deferre, Quapro-
ter hoc tempore cogerentur multa facere, quibꝰ
libentius abstinerent, Si qua in re mihi prodesse
possent, libenter id essent facturi, Peto Vt mihi
trās salui Vt Vocant conductus per ditiones suas
darent, Respondent non opus esse, posse quocunq;
Velim tuto ire et redire, Discedo et ad Germanos
redeo qui me magno gaudio exceperunt, timuerāt
enim Valde mihi, postq; per postium in Palatium
ductus fuissem, non recta Via, ne forsan ducerer
in secretiorem aliquem locum ad torturam, aderat
et ipse Marcus Semlerus disputans quo itinere
nobis foret proficiscendum, alio autem hac, alio
illa Via, mutatis Vestibus dicente, Subdit, Fucca-
rorum factor Imo eadem qua heri et ijsdem vn-
duti Vestibus, quandoquidem Ispi Vos quocunq; ieritis
diligenter observabūt, Ceterum trās tuas Hu-
berte, nequaq; consulo Vt tecum feras, Committe
eas Vni nuntio, quem tibi dabo Vt eas Mantuam
ad hominem quem nominauit perferat illiq; tibi,
cum aduenerīs reddendas tradat, paxui consilio

et tabellario pro quolibet miliari ad Mantuam
aureum coronatum do, erant autem duodecim
Ego et Semlerus nostrum iter persequimur, Vt
Vero ad Padue portam peruenimus Excipimur ho
norifice a Capitaneo stipato plus quam quingen
tis militibus, qui mihi prebens Manum, Gaudeo
inquit te heri in manus domini Venetorum
incidisse, quandoquidem si huc aduenisses, ha
bebam in mandatis, non tam mite tecum agen
di, deinde nos in hospitium duci et hospiti, Vt
nos bene ac laute tractaret, dici iubet. Mittit
etiam nobis maluaticum Vinum, quod affatim
bibi, licet Semlerus improbaret, subinde Virgilij
hemistichium repetens, Metuo danaos et dona
ferentes, Quum autem interrogaremus hospitem
de naue conducenda ad Moncielis et Lyngua
gum oppida, Respondit Capitaneo id curę
fore quatuor hora Velimus, sumo mane surgi
mus et hospitem ad rationes Vocamus, Et ille,
nihil minus inquit, persoluere Vult omnia Sena
tus Venetus, deinde deducit nos ad nauem apud
quam paratam et instructam edulijs et potu stabat
Capitaneus, qui se iussu Senatus hec facere dicebat,
Nos Vt nro nomine ingentes ageret gratias Vehe
menter rogamus, Valedicentes ei discessimus. In
monte Cielis item nobis contigit, In lignaro
Vero, milites qui ad portę custodiam stabant, di
cunt nobis ad Capitaneum prius eundem quam
in hospitium diuerteremus, Vt illo Veniemus, sta
bat impeditus in torquendo paupere lanio triden
tino, quem per pudibunda eleuari alte a terra
fecerat, et ab eo nescio que rescire Volebat, tandem
quum pauper homo nihil haberet quod diceret,

Monscielis
Lignago

et nos spectaculo satiatos crederet, simulans se de nobis nihil sciße conuersus, quid inquit huc adduxistis bonos istos dominos, et nos amplex„ us, dúcite eos in bonúm diuersoriúm ait, atq; hospiti dicite, Vt eos bene curet, quod equidem ille satis humaniter prestitit; Sequenti die equis meritorijs, quos ipsi martyres adpellant, abiuimus, nihilq; eorum nobis accidit que resor„ midabat Semlerús, ne scilicet In confinibus Ve„ netorum et Dúcis Mantuani, aliqúid nobis contingeret, In itinere de Venetorúm beneúo„ lentia non satis admirari poteramús, Volebat Semlerus me ab„ illis finße agnitum, et in gratiam Principis nos hac munificentia dis„ simúlando, prosecútos, Ego contra, dicebam, ne per Germaniam diúúlgaremús, mercatores túto Venetias adire non posse; Inter confabú„ landum ingredimúr Mantuam, et continúo hominem requiro, qui mihi meas redderet litteras, sed músq; reperio, post Vnum et alte„ rum diem quúm nemo adpareret, scribo ad succarorúm factorem per equos dispositos, Num quid de tabellario resciret, Ille rescripsit, eúm cum litteris meis deprehensum et patibulo adfixum, Vtq; mihi cauerem, admonet, Du„ bíus ego quid consilij caperem, ignorabam, accedere Cesarem, qui me antea non vide„

rat sine literis stultum videbatur, redire et reme-
tiri tantum itineris, re infecta, turpe, tandem
decreui vlteriùs progredi, et Cæsari saltem me-
um Infortunium declarare institui, Conduco
igitur Judeum germanice scientem qui me
suis equis Parmam vsq; duceret, Aderat tùm
D. Caspar fronsbergi? forte Dñs Caspar a Fronsberg, qui etiam Cæ-
sarem adire volebat, huic cuias essem aperio,
et ùt in suo comitatu Parmam ire liceret,
rogo, Ille respondit, quamlibentissime, ignora-
re tamen me nollet, itinera omnia latroni-
bus plena, ita ùt sibi quoq; timeret et securita-
tem mihi polliceri, nec posset nec velit, ade-
rant mercatores circiter viginti, quibus, ea-
dem rogatus respondebat, Nos itineri comiti-
Parma mus, ut vero circiter duobus a Parma milia-
ribus fuimus, ecce ex arundinetis ingens ~~flo~~
sclopetorum numerus in nos emittitur, Domi-
nus a Fronsberg cum suis aufugit, nos quib-
us erant debiles equi ex profundissimo luto
vix euasimus, vnus e mercatoribus globulo
ictus decidit, neq; fuit qui illi subuenire vel-
let, Fronsbergius ea nocte maioris securitatis
ergo, abijt, sequenti die Judeus me vlteriùs
comitari noluit, quia ducenti equites adue-
nerant qui Mantuam ire volebant, cum
quo tutiorem, se rediturum putabat, reliquit

tamen mihi equum quo uterer quamdiu liberet,
Ita solus Placentiam petere cogor, eo audacior,
quia meus hospes mihi dicebat Cesarem eo ad
uemisse et multos latrones, qui itinera obside
bant crucibus affixisse, Sub crepusculum noc
tis Placentiam peruenj, negj poteram inue
nire qui me hospitio recipere vellet, tandem
forte fortuna stabam ante diuersorium, cui
est insigne Angelus, et dubitabundus quid
nam agerem, cepi germanice maledicere
ciuitati, que quum tanta et tam ampla esset,
Vni homini hospitium prebere nequiret, au
diens me hospes querit an essem Germanus,
cui quum annuissem, ingredere inquit, si de
cem essetis, Vos omnes exciperem, sed istos
latrones Hispanos et Italos odi cane peius et
angue, Dum ita ego et hospes colloquimur, ad
stabat ex custodibus Cesaris quos hallebarda
rios appellant, Vnus Germanus qui me inter
rogat an ex Germania venirem, recta, inquã
ego, atq; a Comite Palatino Friderico, profecto
gratus erit Cesari tuus aduentus inquit qui
intra multos dies minciũm ex Germania nõ
habuit, obsessis ab hostibus Vridiq; itineribus,
et Vehementer quid ibi rerum agatur scire
auet, et hac dicens abijt nescio per quem Cesari

Placentia

dici curauit, Venisse quendam recta a Comi-
te Palatino, qui quo in statu res germaniæ fo-
rent optime sciret, Mittit ilico eundem Impe-
rator me accersitum, Vt Veni excipit me Co-
mes Henricus à Nassaw, et de singulis inter-
rogat, Ego quid mihi et meis litteris contigisset
narro, et Ille, resciuit inquit Imperator ante
tres dies tuam captiuitatem, et bona fortuna
euasisti, Ipsi enim Veneti ab hinc octo dies
sua Mat. tabellariũm in oleo cremarunt,
deinde adit Imperatorem, et quæ ex me audie-
rat retulit, redireq; in hospitium, bonoq; animo
esse iubet, Cesarem crastino mane me auditu-
rum, et quamdiu in aula essem, deberem om-
nia quibus indigerem, a suo œconomo petere,
additq; duos halebardarios comites ad hospi-
tium Vsq; per quos ab hospite frustra conatus
sum impetrare proprium conclaue in quo dor-
mirem, quia omnia præoccupata dicebat, à
Cœna ducor in Cameram in qua erant sex
lecti, et mihi Vnus assignatur, ea tamen
conditione, Vt admitterem concubinum, qui
omnibus dormientibus aduenit sine lumine,
et apud me decubuit, summo mane ante
lucem surrexit, et abiit, ego circa nonam ho-
ram redeo in aulam, et per Janitorem Cesa
ri me adesse nuncio, qui me mox intromi-

sit, et clementissime excipiens, de valetudine Principis diligenter interrogat, deinde subdit de Captiuitate mea subridens, et postea dicere jubet, Ego quia à Dño de Nassau admonitus eram, ne Germanica oratione, id est, longa et multis titulorum ambagibus, tediosa uterer, breuiter causas legationis meæ expono, cur hoc tempore Princeps me ad suam Ma.tem miserit, cur Vxorem ducere constituisset, cur de Sorore suæ Ma.te si dignus haberetur cogitaret, et alia pauca quæ ad persuadendum facere videbantur, postquam finiui, respondit Imperator, Principem bene et prudenter facere, qui animum ad Vxorem ducendam induceret, atque accrescerent illi, non decrescerent, tempus esse si filios filiarum suarum videre vellet, ageretq; sua ma.tas illi gratias, quod potius animum ad sororem suæ ma.te quam ad aliam adiecisset, Cetarum hæc eadem deberem Dño à Granuella dicere, et ab eo responsum suæ Maiestatis expectare, aderat ille, qui Vt se prestolarer ante Cameram paucis verbis Jmmuit, non enim noueram illum antea, vtpote cui nondum in aula magnum nomen erat, summa enim negotiorum tum apud Cancellarium versabatur, Vt egressus est, huma-

Hubertus apud Cesare

Germanorū oro longa

D. a granuella

missime me excepit, et secum ire prandium
iubet, dum sternitur mensa, repetit à me quæ
Cæsari dixeram, postq̃ audiuit et multa in-
terrogasset, Huberte inquit, Cæsari gratissi-
mus aduenisti, amat enim ante omnes alios,
quos scio, tuum Principem, gaudetq̃ hanc
adesse occasionem propter quam nunc ad su-
am Matem venisti, qua possit illi beneuoli
sum declarare animum, verum quia
sunt suæ Maiestati innumera negotia, opor-
tet te aliquot dies habere patientiam et bene
expeditus ad Principem tuum redibis. Quã-
tum vero inquit ad me attinet, ego in hoc
et in omnibus illius negotijs quæcunq̃ occur-
rerint ita me prestabo, ut intelligat se habere
obsequentem et deditissimum clientem, de-
creui enim mihi totum hunc demereri,
Principem.

Lætus redeo in diuersorium, unde raro
egrediebar, moriebatur enim Placentiæ peste
et fame vltra modum, neq̃ vllus erat dies
quin apud aulam Cesaris decem viginti plu-
res minusue homines, pueros presertim mor-
tuos mane inuenirem, licet prospiceret om-
nibus quantum in se erat Imperator, Vo-
cabam ad Cenam et prandium semper
vnum atq̃ alterum halebardarium quo-

rum confabulationibus tempus tererem, meus
concubitor, ut dixi, nocte semper veniebat, et
apud me dormiebat, summoq; mane abibat,
Vt preter semel atq; iterum illum videre
requierim, forte per eosdem dies discessit
Guilhelmi Ducis Bauarię Orator, et cubile
vacuum reliquit, quod vt solus haberem
magna mercede ab hospite impetraui, Con-
tigit autem vt vir Doctissimus multarumq;
linguarum scientissimus tum admodum
Juuenis, Joannes Lucretius, qui nunc est Joannes Lucretius
Cardinalis Augustani Cancellarius, ea nocte
apud me cenaret, et mihi condormiret, qui
ante diluculum à Dño suo Marchi-
one Montisferati euocatus abijt, post horã
uel circiter audio magnum tumultum in
ædibus, accurro et videre volo quidnam esset,
Jnuenio Pretorem magna lictorum cinctũ
caterua, assignauerat alteri cuidam in
lecto quo dormieram locum hospes, et is oc-
cisus Jnuenebatur, requirebat autem Pre-
tor latrocinij authorem, omnes dicebant me
interfecto condormisse, ego vero et hospes
negare, abierat meus condormitor Lucretius,
quo facile poteram meam innocentiam pro-
bare, et me extra suspitionem adserere,

Tandem Prętor, rescire volo inquit tantisa„
cinoris authorem, aut vos omnes quot„
quot estis in hijs ædibus dormiuistis tor„
mentis subijciam, adstabat à longe meus
serotinus concubitor pallidus et tremens, qũe
Pretori indico et dico illum mihi aliquot
noctes condormijsse, tum ille tremere ma„
gis et constanter negare, ad quem Magist„
ratus, cur igitur ita tremis? Quia inquit
ei condormiui, vereor ne in suspicionem ve„
niam, Tum Prętor, lictor inquit, expedi tũ„
um negotiũm, hic est ille latro, Tunc ille
in genua delapsus, ne torqueretur depreca„
ri, velle ingemũe omnia confiteri, actũtum
inquit Prętor ergo, Tum latro, vidi inquit
hunc hominem, me osteryo, admodum libera„
lem, in vocandis ad mensam suam hospi„
tibus, quapropter ratus ego pauper, cui sunt
multi parui liberi fame pereunter, illum
multum pecunię habere, quam hijsce nocti„
bus frustra sum conatus illi eripere, quod
crumenam suam corpori adligatam dili„
genter custodiret, et dum scrutarer, ilico ex„
pergisceretur, tandem suggerente malo demo„
ne, istud facinus perpetraui, et quatuor du„
catos duntaxat apud occisum Inuenj, Ad„

Modum quo illum inter tot homines clan-
culum occiderit non adponam, ne malignus
aliquis haec legens ad similia perpetranda occa-
sionem capiat, abducitur ille a lictoribus, Ego
in aulam vocatus eo, circa horam vndeci-
mam in hospitium meum redire volens, ve-
nit mihi asino insidens obuiam, qui in car-
ceribus tortus et multa alia facinora confes-
sus in foro suspendebatur.

Protestantium legati

Erant per eosdem dies apud Caesarem eorum
Imperij ordinum quos protestantes vocabant
legati, qui a sua Ma.te benigne auditi et cle-
menter dimissi erant. Inter quos vnus cui
nomen Michael a Kaden illi valedicens, li-
bellum Gallicum nomine Lantgrauij Has-
siae obtulit, continentem quaedam Luthera-
nismum redolentia, Quod vt rescinere qui
eam sectam semper exosam habuere Hispa-
ni, grauiter accusare legatos, et vehemen-
ter in illos excandescere, qui Juuenem
Imperatorem à vera fide Christi abdu-
cere conarentur, huiusmodi technis et
clandestinè, dignos esse qui laqueo ad pri-
mam arborem suspenderentur, Reuocan-
tur igitur ad Granuellanum, et me inter-

Michael a Kaden

prete illis dicitur Jmperatorem grauiter of-
fensum, et Jubere ne discederent, adiecta pœna
capitis, si aliter facerent, sed se ad Bononiam
sequerentur, vbi Pontifice Consulto de eis sta-
tueret. Duo illorum Joannes ab Ehingen et
Alexander frawentraut, negare et inscijs se
dicere, Interrogatus Michael, an super ea re
a Lantgrauio haberet literas credentiales
ut vocarut, et instructionem, et ille diceret,
minime, sed abeunti ore Lantgrauium ei
commisisse, Aut tu inquit hęc tua sponte
et maleuolo animo fecisti, aut si Lantgra-
uius tibi commisit, non prudentis sed te-
merarij Principis egit officium, Deinde
ad me conuersus, Huberte inquit, istud
negotium ita conturbauit Jmperatorem,
Vt te hic expedire non possit, sed cras sequa-
re nos ad Parmam, ibi vult te dimittere.
Ego contentus me legatis comitem prebeo,
Illi in itinere supramodum de Michaele
conqueri et conuitijs cum illo agere, qui
sibi hanc Cęsaris indignationem concili-
asset, et in has erumnas coniecisset, vt Par-
mam veniamus, rogant me, Vt apud Gran-
uellanum pro se intercederem, sanctę pro-
mittentes, se me incolumem et saluum
per Venetias in Germaniam reducturos

Joannes ab Ehingen
Alexander frawentraut

Ego hæc Domino de Nassau et Granuellano ape-
rio, quos pro meo reditu sollicitos sciebam, licet
dicerent, non tantum periculi fore a Venetis,
quia cum illis de pace Cęsar tractaret, accesso
autem illo, respondent suam Mtem causa mea,
Joannem et Alexandrum dimittere, Cęterum
Michaelem Jubere Bononiam proficisci, et Pon-
tifici ac Cardinalibus suum libellum exami-
nandum exhibere, Ego post Vnam horam de-
berem ad se reuerti, Volebat enim Imperator
ad Principem scribere, accedo meos legatos, et
illis hæc annuncio, qui supra modum (ceti)licio
date et promisse fidei pernitere cęperant, et
capto consilio de abeundo, me rogant, ne egre
ferrem, si mox abscederent, posse Imperatorem
mutare decretum, et aliter de se statuere,
Ipsi me expectarent Venetijs, et si opus foret
apud Senatum pro me Interuenirent, Erat
sub crepusculum noctis illuvis, et Iter alto
luto vix die permeabile, quum illi insciensis
equis abirent, Ego tempore constituto, redeo
ad Granuellanum, et legatorum factum ma-
nifesto, quibus male precatus, inquit, Huber,
te volo tibi esse certissimus Vates de Luthe-
ranis, qui e glutino fidei toti orbi nunc sut
formidabiles, si aliquando parua procella

Presagium Granuellani de Protestantibus

aduersus eos ingruerit, nihil minus quam fidei
recordabuntur, sed tanq̃ columbæ veniente
Aquila dispergentur. Hũius vaticinij memor
fui nuper, moto illis a Cęsare bello; Accepto
aut responso et literis ad Imperatore atq̃
alijs ā Domino de Nassau ad Ducem Man-
tuanũm, ut salũm me Venetias reduci cu-
raret, recurro ad diuersoriũm, vbi Micha-
elem reperio tristem admodũm, et de suis
socijs conquerentem, quod se dimisso, abijss-
ent. Petenti autem a me consiliũm, respon-
di in re tanta non esse mihi consiliũm,
qui ipse Indigerem consilio, quo tutus in Ger-
maniam redirem, at ille deliberaũi me
committere Deo, cũiũs causam promotam
Voluiſſ apud Imperatorem, et Bononiam
adibo, Tu accipe meũm salũm conducti,
quem ā Venetis obtinui, et dic Michaelijā
kaden esse tibi nomen, apud vrbium pre-
fectos et tutus euades, Mane ille versus Rhe-
gium, ego Mantũam concedo, literasq̃ me-
as Duci presento, qui mihi meũm Judeũm
comitem dedit, dicens eo duce si quoquã
alio, securũm me fore, perũenimus aũtem
Venetias a nemine quicquam interrogati

et digreßi in diuersoriúm, reperio Michaelem
Volentem prandium sùmere, cui accubui
et de suo itinere scisciror, Ille se Bonomię fú,
isse dicebat, et neminem reperisse qui de
suo negotio commissionem haberet, quapro-
ter discessisset, et In Germaniam redire vel,
let, me Comite, si se paterer, Dum ita consa,
bulamur, superueniunt alij duo Legati, qui
nos videntes, celerem nostrúm aduentúm
vehementèr admirati sunt, Deinde de discessú
a Venetijs inter nos agi ceptum, Illi constan,
ter negare, se per comitatum Tirolensem
Michaeli Comites fore, timendum enim
non Comparente illo, mox per equos dispos,
tos Cesarem scriptúrum, vt itinera obser,
uentur, et omnes propter eum remorent2,
et ideo mox abeúnt illi, Nos eo die verna,
nemús, circa mediam noctem nauicúla
discessimús, et ad portúm Mestriacum appú,
limus, Vbi famúlúm tędio longæ meæ ab,
sentiæ ferè consumptúm, absueram aútem
sex Hebdomadas, inuenio, qui út me vidit,
tariq; à mortuis suscitatus, exilit, sumptoq;
Jentaculo, equos ascendimús et magnis iti,
neribús ad Emiportem usq; contendimús,
Vbi mihi dicitur Principem Fridericum

adhuc Viennæ esse, occupatum Jn milite
dimittendo, eumq; me ibi Jnuentürum, qua
re relicto Michaele qui recto itinere abi
bat, nactus forte nauem per Danubium desce
Scherdinga do. Vt autem Veremus Scherdingam oppi
dum, egredior ut aliquid edulij ad nauem
compararem, Caponaria autem dicente se pror
sus nihil habere, Ducem enim Tridericum Pala
tinum cum suis militibus famelicis ea nocte
omnia deuorasse et secum abstulisse, quero dili
gentius et certior fio Caponariam Verum dix
isse, Principemq; ad quartum inde lapidem per
noctare, quare à naue repetitis equis et con
ducto itineris Duce, illo propero, offendoq; Vo
lentem ire cubitum, qui lętus meo aduentu,
mox quid expediuisem scisitatur, ego quid
responsi accepisem illi aperio, et literas Jmpe
ratoris eadem continentes tradam, Nempe
gratam suæ Ma.ti fuisse meam petitionem
ac in ea re stremuam se operam se naüatu
ram, Ceterum quia iam in itinere foret ver
sus Boemiam ad Jmperialem coronam susci
piendam, et Deinde continuo in Germania
Venire decreuisset, et perpenderet, negotium
istud missq; melius, quam presente sorore
Regina tractari posse, plus enim se facturu

presens vno verbo, quàm absens multis literis,
Non displicuit Principi responsum, et de eo
interdum confabulando per aliquot dies
ad Nouum forum reuenimus.

Grassabatur eo anno morbus teterrimus, quem sudorem anglicum ideo appellabant, quia primũ in anglia apparuisset, laborabatur illo per totam Italiam, quapropter lętabar euasisse me intactum et minime infectum, Renuncia- batur autem mihi Heidelberge quamplurimos occubuisse, vxoremq; meam grauiter laborasse, ideoq; quantum poteram dimissionem à Principe vrgebam, quum quadam nocte nihil tale timens corripior, et totus in sudorem resoluor, occupauerat omnium mentes falsa quedam non docti Medici opinio, que exigebat ut viginti quatuor horis quis calidissime contectus sudaret, neq; quicquam biberet, conligor igitur et pene extinguor in vno lecto, quumq; vociferarẽ, vt mihi potus daretur aut ego perirem, neq; quisq; foret, qui porrigere vellet, animum fere desponderam, quum amicis remotis aliis, cantharum cereuisię mihi prębet, et ut audacter biberem suadet, ego vero parens totum exorbui, in momento con- morbus anglicus

ualui, et e lecto me excolui, nihilq; amplius de, fuit, Hæc ego recitaui ut sciatur si quandoq; is morbus rediret, potum esse presentissimu remedium, ut in hac parte etiam hæc historia prosit.

1530 Mansit in Nouo foro Princeps ad quintum usq; diem Mensis Januarij anni sequentis qui fuit millesimus quingentissimus trigesi, mus, quo die discessit, et Spiram ad regi, men se contulit, vbi communicato Consilio, Visum ex honore ipsius Regiminis mittere Principem In Italiam congratulatum Ca, sari, de falici et prospero aduentu, deq; leta et triumphante coronatione, quæ fu, tura renunciabatur ad vicesimum secun, dum diem februarij, et ut in Germaniam prouisurum rebus turbatis acceleraret, re, garetur, Adiuncti sunt illi comites, Vir no, bilis Conradus a Schulemberg et consul, tissimus Jurisconsultus eius Cancellarig doctor Hartmannus Hartmanni ab Ep, pingen, Abierunt q; vna ad Nouum foru, quo ab Heidelberga Comes futurus ego quoq; vocabar, Inde autem quinta ~~Martij~~ Martij discessimus, et ad vicesimum terti, um recto per Oenipontem et Tridentum

Conradus a Schulemberg

Doctor Hartmannus

itinere ad Villam francam, tribus à Man-
tua miliaribus peruenimus, Vnde me per
equos dispositos premisit annunciatum Cæsa-
ri, suum aduentum, et expectaturus ibi me
um reditum, Vt autem ego in pagum
ab arce Gonzaga non procul peruenì, offen- Gonzaga arce
di suam Ma.tem prandentem que leta meo
aduentu, iussit ut Illico Principi renun-
ciarem suam Ma.tem sequenti luce Mantua
futuram, quo bona hora ipsum Videre per-
cuperet, Volens autem ad equos abire, que-
rit Imperator per Dominum Comitem à
Nassau, an ego commedissem, quod noto
capite negans, precipit mihi de sua men-
sa dari vituli assatam carnem, a remunc- cum mirabundo
lis nominatam, super scabellum non pro-
cul à mensa suæ Ma.tis erat enim locus
angustus, ibi incipio non commedere, sed
famelici lupj more vorare, quod animad-
uertens Imperator, in aurem Domino à
Nassau aliquid insusurrat, qui me ac-
cedens, optat inquit Imperator, talem sibi
qualem tu habes stomachum, Nimirum
Inquam, qui edulionum intra Viginti
quatuor horas mihil gustaui, si famelicus

sim, atq; inquit tu carnes comedis, tempore interdicto, nempe quadragesimali, Profecto inquam mihi minus modo recordatus sum urgente fame, et territus cessabam, quod aspiciens Imperator in risum effundebat, et moto capite annuit vt commederem mihiq; pateram magnam vini maluatici adferri iussit, quam ego fere vno haustu exorbui, et vale dicens, reuolo ad principem, quecq; mihi Imperator commiserat, refero, dicoq; suam Maiestatem nolle vt sibi obuiam veniret, sed domi quiescent et eius aduentum prestolaret cui, vt par erat, obtemperauit, Ingrediente aut vrbem à prandio Imperatore, prospectabat Princeps pompam de fenestra inter quamplurimos homines, retractus ne agnosceretur, Verum oculatissimum Imperatorem fallere non potuit, illum conspectum, blandissimo arridens vultu, motoq; capite ter quater salutauit, admirantibus plerisq; cuinam tam clementer arrideret, quia autem ingressus aulam inuenit eam plenam salutantium, renunciari fecit Principi horam audientie in sequentem diem, quo postq; veniset, nemo crederet quam benigne, clementer, et humane eum acceperit, Deinde Jussus dicere,

Imperator Mantuam ingreditur

recitauit Doctor Hartmannus oratione, quam illi in itinere meditatus eram, Etsi enim inter celebres Jurisconsultas non postremus erat, oratoria tamen per infœlicitatem temporum parum admodum nauauerat opere, vt finem dicendi fecit, adloquitur Jmperator Granuellanum, qui sotus illi aderat, non multo melior orator latinus, respondereq; iubet, Ille aut officium, inquit bonis viris dignum, et rem gratam sere nissimo Jmperatori fecit Regimen Jmperiale, quod vos Oratores misit suam Ma.tem exhortatum, ut suscepto Jmperiali diademate pacatisq; iam rebus Jtaliæ, ad componendam turbatam Germaniam acceleret, Quod ipsum et si nihil aliud sit quam sponte currenti addere calcaria, est enim sua Ma.tas iam in itinere vt recta Germaniam adeat, gratissimum tamen est, et prudentissime ab ijs factum interpretatur, quod tibi Friderice hoc munus immiserunt, quem vnum inter mortales sua Ma.tas maxime amat, cuius prudentiam, et in rebus maximis gerendis dexteritatem adprime cognitam habet, cuig ductu Consilio et authoritate omnia conficere intendit, nec dubitat, quin vbi adposue

Doctor Hartmannus orat apud Cesarem

adposueris manum, breui cuncta ad optatũ
et quem desiderat finem peruenient, quare
te iterũm atq; iterũm gratum et acceptũm ad
uenisse repetit et dicit, Vt latiús tibi ipsa sua
Ma.tas mine aperiet, Mox attractum pallio du
cit illum Imperator ad proximam fenestrã
múltaq; colloquitur de rebús Italicis, quas pre
ter spem concordes et pacatas reddidisset, spe
rare itidem de Germanicis fore, quas ei im
primis commendabat, et ut de illis dum in
itinere forem aliquando cogitaret rogabat,
fuisse eum ad Oemontem Vocatúrum mi ipse
perspicerisset, Regem eo aduenturum cum Re
gina Vidua, hec dicens, et videns Principẽ
rubore perfusum, vehementer ridere cepit, et
adiungit, Cum illo Venerimus latiús de hijs
colloquemur, Volo tibi esse bonus consangui
neus et Imperator. Interea Granuellanus
apud nos orationem quam habuerat Doctor
Hartmanus, non satis laudare poterat,
et vltra omnes Italorum, quas plurimas
audiuisset extollere, quod breuis, succincta,
ornata, multa paucis comprehendens, tem
pori accommodata esset, Contra vero Ita
lorum nullus finis, qui tum demum op
time se orasse putarent, si quamplurima

Italorũ orationes sine fine

interdum etiam nihil ad rem facientia pronũ-
tiauerint, magno audientium tedio, presertim
eorum quibus sunt multa negotia, Impera-
torem sæpe differre audientias, vt vocant, re-
formidans longum auscultandi tedium. Hæc
eadem apud Principem repetiuit, et ut sibi
illius copia daretur rogauit, que res Doctori
Hartmanno magnum peperit fauorem et
et apud Principem authoritatem, quapro-
ter illum donauit sericea veste, me autem
qui eam composueram, talitro.

Quum autem diutius hereret Mantuæ Im- ferraria
perator, ac venationibus oblectaretur, cepit
cupido Principem videndi Ferrariam Vrbem
munitam et magnificam, quo conducta na-
ue, et salutatis primum apud Andes, qui nunc Andes pagus
Pietolo appellatur, Publij Virgilij Maronis na-
tibus, flumine Pado deferimur, et a Duce
benigne excipimur, tractamurq;. Non tamen
conuiuabatur cum Principe, eo quod carni-
bus vesceretur, Princeps autem illis tempo-
re quadragesimali abstineret, Nulla adpo-
nebantur vasa argentea aut aurea, ad
mensam, sed omnia fictilibus subministra-
bantur, alias sumptuosi et magnifice, uel
de more gentis, uel memor Versiculorum

Fortunam reuerenter habe quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Ostendit deinde hortum in Insula Padi amę„
nissimum, et reliquam Vrbis pulchritudi„
nem, quibus per Vnum et alterum diem
oblectati Mantuam reuertimur vbi per„
tęsi longam Cęsaris moram, agebatur enim
ab aduentu nostro decimus quintus dies, Vixq;
Vlla benęuolentię aut amicitię signa Osten„
debat Mantuę Dominus, Principi, nuperri„
me ex Marchione Dux creatus, accessit sua
Matem Princeps, et ut bona eius Venia Ve„
netias ire liceret supplicauit. Vidende Vrbis
gracia, quod libenter annuit Imperator, diemq;
dixit qua ad se Tridentum rediret.

Padua

Venetię

Ex Mantua per Lignagum Montegnanam
et Estum ad Montemcelj terra, Deinde flu„
mine Paduam peruenimus vastam ad„
modum Vrbem, qua perlustrata per Bren„
tam, deinde mari Venetias deferimur di„
uertimusq; in publicum diuersorium pau„
cis comitantibus Principem, ne agnoscere-
Volebat enim incognitus videre vrbem,
Verum augusta facies statim prodidit
illum, non esse vnum de multis, uel ex

populo, quare Senatus ad illum misit, primū rogatum ne se celaret, Deinde tergiuersante illo, iubent amice dicere sūum nomen, quod postquā resciērunt, ilico ei amplissimas edes iuxta Palatiūm assignant, et ab aliquot Senatoribus eo deducitur, grauiter Ducem eorum et Senatū ferre dicentes, quod non priūs, quisnam esset, indicasset, ordinantur postea ex eodem ordine tres spectabiles Viri, qui Principem quocunq; vehit per Vrbem ducerent, et omnia spectatu digna commonstrarent, nobisq; de commeatū prospicerent, Nunq; lautius aut magnificentiūs tractatum vidi Principem, vnūm Dum, taxat erat de quo conquerebamur, quod præter Maluaticum, nullum vinum nobis gustare permitteretur, de illo assatim prebebatur, et vt Germanico more ingurgitaremur continuo suadebant, quod ipsum Princeps vehementer prohibuerat. Die Mercurij in sancta hebdomada appuleramus Venetias, Die Veneris a festo pasce, ex solemni voto ne, an ex professo ignoro, Dux ipse et totus Senatus Principem ex Ecclesia Diui Marci ad alias ædes sacras procul inde distantes celebri pompa deduxerunt et reduxerunt, a prandio Veneris, plissimus habitus est Senatus, in quem prin-

Princeps in Senatu veneto admissus

ceps gladio cinctus, quod nemini alias permittitur, introductus est, et locus iuxta Ducem ad Sedendum datus, Nobis sine gladijs ingrediendi facta potestas, In summa omnia fecerunt quecunq; ad honorandum, exhilarandumq; Principem excogitare potuerunt, Sequenti die gracijs actis, ut prestitutum diem Tridentum veniremus, leti discessimus.

Vaferrima Comitis de nassau persuasio

In itinere Princeps multa mecum commentatus est varijs de rebus, et inter cetera dixit Comitem Henricum a Naussau sibi optime velle, quare et quod Germanus esset, ei multum confideret, Is Mantuę de matrimonio cũ Regina Hungarię vidua bene sperare iussisset, Imperatori, Cancellario et Granuellano id cordi esse, Et quid enim potius et melius, dixisset, facerent, quam si te adfinem adscitu, etiam Romanorum Regem procreari curarent, Non potest dui Imperator in Germania herere, Vocantibus eum alio, et ad alia infinitis Regnorum et ditionum negotijs. Rex vero Ferdinandus duo Regna assecutus, pertuo bello cum potentissimo hoste Turca se involuisset, Vtrq; res Germaniæ difficilli, mas non satis intelligerent, Nec si intelli-

gerent, illis preesse commode possint, Tu in illis
natus et educatus, sine negotio leuiter omnia
conficeris, plusq; boni ex Germania illis adsimis
conciliaueris, quam si ipsi eam per sese adirent,
straúerent. Hæc plausibilia erant Friderico, Friderici spe libenter
qui magno semper malo suo, spe libenter vixit, vixit
quod ipsum aulici optime nouerant, quapropter
quum illi imponere vellent, sæpe spes maximas
obtrudebant, Ego qui hûiusmodi moribus non
dum assueueram, respondi intra paucos dies,
nos comedię uel Tragedię exitum habituros.

Tridento comitati Cesarem ad secundam Maij
Oeniponten peruenimus, quo postea statim útraq;
Hungarię Regina, soror Ferdinandi Vxor,
et Maria Vidua aduenere, ibiq; ad quintam
Jûnij úsq; permansimus. Interea moritúr Vir
Optimus et prudentissimus Imperatoris Cancel- Cancellarij Imperatoris
larius, Vnde ad Granúellanúm et commenda- mors
torem maiorem Legionis Germaniæ omnis ôiûs- Legio germanica Leon
rerum Imperiáliûm administratio et cura in Castilia
deuoluitur, Hij cum Comite à Nassau quodã
die conúenerúnt Principem, et Principio múl-
ta per ambages locuti, de statú Germaniæ, de
Comitijs quę iam indicta erant, tandẽ ad hoc deue-

vastra dñi de Hassau et Grauellaei ōrō

nerūnt, Vt de Wilhelmo Bauariæ Dūce verba facerent, dicerentq; aduemisse eiūs Oratores qui Imperatorē ad se Monachium Inuitarēt, suam Ma.tem propter itineris commoditatem non libenter recūsare, neq; satis ex animo admi„ ere posse, sciret enim quæ et qualia molitus esset apud Galliæ Regem et Electores, nominatim aut apud fratrem Palatinum Eliūaci, quoq; animo in domum austriacam foret probissimè teneret, Quapropter multa cogitanda suæ Ma.ti daret, ne per suam absentiam aliquid quod cō„ tra suę Ma.tis et domus austriæ, imo et totius Imperij existimationem, atq; contra ipsosmet Palatinos quos odisset came pius et angue, Vergeret, machinaretur. Pro certo autem ha„ bebat, Neq; Electorem Palatinum, neq; se Fri„ dericum quicq; hūiusmodi ambire, Et ideo

Blō Ferdinādus eligendus proponitur

si ipsi Friderico consultum et ex Republ: Im„ perij videretur, atq; ad id adiumento esse vel„ let, tentare decreuisset sua Ma.tas an Electo„ res ad hoc inducere posset, Vt Fratrem Fer„ dinandum ad Romanorum Regis dignita„ tem eligerent, et promouerēt, Vnde sequ„ retur, Vt duo fratres Vnanimes totis viribus

bono Imperij semper insisterent, et in uigila-
rent. Nihil vero nouo exemplo futurum, hoc
idem fecissent ante se plerique Imperatores, Fri-
dericus Barbarossa. Henricum sextum, Henricus
Fridericum secundum & Philippum atq; adeo
nuper proauus Fridericus Maximilianum creari
procurasset Cæsarem, cuius placidissime respondit Prin-
ceps Fridericus, consilium Imperatoris improbare
non posse, se tamen neq; electorem esse, neq; ea
authoritate, vt a se multum expectandum in tam
arduo negotio arbitrantur, Cæterum vt is qui ab in-
cunte ætate nihil vnq; prætermisisset, quod ad ho-
norandam, augmentandam, et excolendam domum
Austriacam facere visum fuisset, sic in hoc ~~consilio~~
negotio quicquid consilio, labore, industria, præstare
posset, se effecturum, vt nisq; Ferdinando defuisse
videretur. Interim rogatos eos volebat, vt sui memi-
nerint de matrimonio apud vtriusq; Matrem[tem] forent, illi
gratijs actis, sponte currentibus, calcaria se additurus
et iure meritissimo pollicentur ac recipiunt.

Post paucos dies reuertitur Granuellanus, et ad Prin-
cipem refert, Imperatorem et regem serio cum
sorore Maria, de matrimonio egisse. Illam vero prin-
cipio constanter negasse in animum se ad nuben-
dum, aut miserabiliter defuncti mariti oblituri
posse, qui ei tanq; viuens semper ante oculos obuer-
saret. Ille suos primus qui se sibi iunxit amores
abstulit, ille habeat secum seruetq; sepulchro, et huius
modi

modi ꝑplurima, quæ solent de maritis defunctis mulieres allegare, contra quæ multis persuasionibꝫ vsos Imperatorem et Regem, et tandem eo perpu-lisse, vt rem in deliberationem receperit hisce fermè verbis, Siquidem ei nubendum foret, quod nondum apud se constituisset, neminem scire cui mallet quam Duci Friderico, cuius mores, ma-suetudinem ac probitatem iamdudum perdidicisset, verum arte omnia rescire cuperet ab eo, an adiuuare vellet Fratrem Ferdinandum, quo is in Regem Romanorum eligeret? Secundo à fratribus Imperatore et Rege, ut sibi prospicerent de conditione et statu taliquo posset pro utriusq; dignitate honestè viuere efflagitabat, Tertio quia Regina fuisset et esset, et se ad inferiores dignitates non libenter demitteret, curarent ipsi Vna cum Friderico Vt Ludouicus Elector ei Electoriam dignitatem cederet et renunciaret, et tum demum deliberaret, et animum suum aperiret, Hæc audiens Fridericus, et quo tenderent satis animaduertens, Respondit, quantum ad primum articulum quid posset et vellet nudius tertius declarasse, De Secundo non dubitaret quin Imperator et Rex facile quod peteret Regina prestare possent et deberent, quod illa regnis

Conditiones quibus Regina maria nubere volebat Principi

et omnibus bonis iam exuta fraterno auxilio indi
geret, Ipse tam diu Principibus Austrię obsequiis
inseruiuisset, Vt merito de referenda gratia cogita
rent, De tertio Volens respondere totus excan
duit et ait, Ego Granuellane non existimasse
Fratrem meum Electorem Principem Senem
tam malè de Vobis omnibus, quicunq; haec ex
cogitastis, meritum, ut velitis eum suo hono
re et dignitate priuare, Juro autem et accep
to Deum testem, si vel verbum vnum hac
de re a quoquam ei fiat, me ex hoc tempore
toti negotio remittere nuncium, et quod ma
gis est, si ipse consentiret, ad extremum Tana
im et extra omnium hominum conspectum citius
fugiturum, quam acceptarem, Territus Gran
uellanus et considerans petitionis incogitantia,
Non est inquit Princeps Friderice, quod hac
de re Vsq; adeo commoueare, Excogitant interdu
mulieres varia, et ut ingenue tibi confitear,
haud scio pro certo, an haec ipsa ita dixerit aut
exacte renunciauerint, qui presentes fuerunt,
Optimus est Princeps Frater tuus Elector, et
non solum ea, qua nunc fruitur dignitate, dig
nus, verum longe maiore, Laudo autem te in
immensum, qui tali sis in fratre animo, pau
ci huiusmodi reperiuntur, Fraterno primi
maduerunt sanguine muri, Deus te ob hanc

Amor Friderici in
duit et ait, Ego Granuellane non existimasse erga fratre Electore

pietatem non deseret, qui pro sua voluntate
matrimonia presertim dirigit, sine qua etiamsi
omnes vires intendas, efficeris, quæ mihi dixisti
summa fide referam, et postmodum eium eorum
qua concludent, faciam te certiorem.

Satis superq; perpendebat Princeps Fridericus, quor,
sum ista deliberatio tenderet, spemq; magna ex parte
precisam animo volutabat, Nihilominus tamen,
vt is qui toto corde ferebatz ad rem cupitam conse,
quendam, facile ab aulicis sibi persuaderi permittebat,
Reginam ad has nuptias adiecisse animum, et quæ
respondisset partim necessitati partim pudori mulebri
adscribenda, Bene esse sperandum, ad primum lapidis
iactum mures non semper decidere, reiterandum ia,
ctum si aliquid consequi velis, reuerebatur fratres
quorum alterum Imperatorem intra multos annos
non vidisset, hinc ad Augustam eorum consuetudi
ni assuescere, et tum procul dubio audatius loque,
retur, et certius suam mentem declararet.

Dum hæc geruntur, et Princeps magno sumptu
apud Cæsarem manet, cepit laborare defectu pecu,
nię, quapropter iussit Granuellano dici opus esse
sibi domum redire conficiendæ gratia, quærit ille
quanto tempore abfuturus esset, et audiens incerto,
respondit Cæsarem in itinere ad Augustam non
posse carere eius opera, quo statuisset de preludijs
comitiorum colloqui et deliberare, quumq; negaret
Princeps sine pecunia posse fieri, impetrauit illi

ab Jmperatore quatuor coronatorum milia in deduc
tionem Summe capitalis qua sibi debebatur, addita
spe quod tota Auguste persoluerent; responsum q
firmale de Regina daretur, Quibus persuasis comi
tatus est Jmperatorem et in itinere Venationibus
sumptuosis Ducum Bauarie Monachijq magnifi
cis atq superbis spectaculis oblectatus est, que
describere non gratuitus fuissem, nisi scirem de
illis à quodam proprium librum conscriptum.

In vigilia festi diei qui corpori Christi sacer di Jmperator Augusta
citur cum Jmperatore triumphali more Augusta ingreditur
Sumus ingressi Vbi statim sui consilij presiden
tem ut Vocant constituit Principem, Jlle etsi Princeps Presidens
contra, diceret ad Comitem de Nassau primu consilij Jmpatoris
à Camera potius pertinere, Volenti tamen Jm
peratori paruit, et licet esset immensi laboris,
et quales forsan alia comitia non habuerint,
In gratiam tamen Sue et Regie Ma.tis strenue
omnia confici satagebat, et Jmprimis prouidebat
quantum in se erat, ne quidquam adulationibus
aut corruptionibus à sua Ma.te Jmpetraretur, Quod
ipsum à reliquis consiliarijs sepe ut facerent de
poscebat, et Cesarem id summopere desiderare
asserebat, suamq Ma.tem erga Vtrumque q bene
ficijs agnituram pollicebatur, Non tamen preua

Prepositus a Waltkirch

luit, Erat enim tum in aula Vir alias bonus qui Cancellarij Vices gerebat, sed egens quide et qui ob nimiam liberalitatem ac rei domesti, ce administrationis ignorantiam, indeq; con, tracti aeris alieni molestiam, Venalis erat, is a Duce Bauarie Guilhelmo persuasus, nobilem

Turlinger

quendam Virum Turlingerum cognomine a quo ob leiem culpam, nempe pulsatum forte que, dam hominem, in quodam suo pago, idem Dux mille aureos extorquere Volebat, et ille apud Ce, sarem super ea re conquereretur, prorsus reji, ciebat, ob promissamq; partem, nempe ducen, torum aureorum, Imperatorem remittere ad Ducem causa respondebat, quod rescierit Prin, ceps sue Mat^i indicauit, et preter consilium Vicecancellarium ea feciße redarguebat, quare male contentus Imperator, et Turlingerum ab, solui et exprobari Vicecancellario grauiter iußit,

Princeps a Bauaro corruptionu insimulatur

quod egre ferens animo Bauarus, et Vt erat animo elato, conuenit Principem, et exposti, latus est de facto, teste insimulans eum, quasi munera acciperet et se corrumpi pateretur, ad que incunctanter respondit, Ego inquit adstantem in testimonium tibi sisto Cesare, si ille tale quicquam me committere suspicatur

Tu autem illius precipuos Consiliarios, quod ne-
gare non potes, corrupisti, et propterea de
Turlingero, neq; ille, neq; tu, ne obulum quidem
habebitis, Ipse Bauaris confusus abiit, Hæc ad
Indicandam Principis integritatem, et quã
male aliquando consulitur, Vbi corruptionibus
locus est in aulis Principum, recensere Volui,
et preterea aliud, Conueniebant Augustam
singulis horis pene Principem de negotijs pri-
uatis et comunibus comitiorum, quod vt le-
uius ferret et grati adparerent, Volebant illi
nescio que munera offerre, quæ constantissi-
me recusauit, etiam amuente et propemodũ
Volente Cesare, ad quem res perlata erat,
ab administratore Prussię permittente sua
Mat^ta lupinam accepit inuitus, tum quia ra-
ra erat toga, nec Venales reperiebantur ta-
les, tum quia instabat hyems, cuius iniurias
pluuiam et grandines huiusmodi Vester op-
time ferunt.

Durantibus comitijs imprimis religiosis cau-
sa, magno partium studio tractabatur, nec
propterea de Ferdinando in Regem Roma-
norũ eligendo negotium minus erat curæ,

Totumq; in hũmeros Principis reijciebatur, In eiũs potestate situm dicebant ũt recte et exsententia perficeretur, Ille conceptam de se opinionem ratam et gratam reddere volens, apud Fratrem qui non aderat per consiliarios et apũd alios Electores presentes nihil prętermisit, donec ab illis excepto Saxone, magnis laboribus quod ambiebat, impetrauit, Vt merito vni Friderico Principi Carolũs et Ferdinandũs Imperatoriam et Regiam dignitatem acceptam referre debẽnt.

Mors dnę Margaretę Interea moritur Maximiliani filia Domina Margareta, cui ab Imperatore terrę Inferioris Germaniæ regendæ commissę erant, Quapropter fortũnam sibi arridere iam ratus Princeps, suggerentibusq; id plerisq; Granuellanum conuenit atq; ita exorsus est, Non dubito Granuellane te eorũm omnium memorem quia nuper apud Oenipontem de matrimonio Reginæ Mariæ mecum egisti, quid illa à me petierit, quid ad eiũs petitiones responderim, et ad primam ũt curarem Ferdinandũm in Regem Romanorũm eligi, rem confectam vobis reddidi, restat aliũd nihil, nisi Vt Electores conueniant, eligant et coronandũm dedũcat, Fratrem Electorem.

adeo vsq; benevolum inueristis, vt nihil vltra vos ab eo desiderare existimem, Deo Optimo Maximo visum est Dominam Margaretam ex hoc mortali seculo, ad se euocare, in eius locum si Reginam Mariam et me sufficere dignaremini, habebit Imperator quibus suas terras tuto, si unq; alteri, comiserit, et petitionibus iustis et equis Regine satisfactum erit, et de meis obsequijs mihi abunde relatam gratiã putabo, de agenda nunq; immemor ero, ad hæc Granuellanus Principem bene dixisse et equa petere paucis respondit, Sed Imperatorem et Regem super ea re conuentu-rum, et quicquid ad promouendum negotium facere posset, nihil se pretermissurum sancte iuraúit

Recusat regina maria matrimonium

Post paucos dies conuenit Imperator Principe, atq; ei dicit se et fratrem Ferdinandum omnia feciße, et tentaße, quo Reginam Mariam soorem ad consentiendum in matrimonium perpellerent, Verum immotam in proposito de perseuerando in viduitate, et non consentiendo in secundas nuptias tanq; scopulum aut silicem persistere, neq; ab ea opinione vllis persuasionibus posse diuelli, licet dicat, si quidem nubere vellet, neminem mallet, quam sibi, Quapropter de alio cogitandum, quum

ad hæc obmutuißet Princeps, subdit Jmperator, Comes Palatine ego omnibus modis tibi bene Volo, ita enim merentur tua in me et Fratrẽ meum, totamq; domum nostram beneficia, Cæterum quia quod cupiebam in hoc negotio præstare non potui, non propterea desperandum, alia adgrediamur via, ad me perscriptum est, Jüuenem Principem Marchionem Montisferrati, nescio quo casu, obijße, extremum diem, in celibe Vita, relictis duabus Sororibus, matre et patruo sene, ad tanti Principatus regimen non apto, feudum est, ut Vocant masculinum, et ad me tanq; Jmperatorem devolutum, habetq; in singulos annos ad septuaginta milia ducatorum, neminem novi, cui tantum beneficium attributum mallem quam tibi, quod tum demum facile consequere, si animum ad ducendam maiorem natu Sororẽ induxeris, negotij autem non magni fore puto, me pronubo, Mater se et sua omnia in meam fidem et tutelam committit, Hæc bene perpende et delibera.

Jmperator proponit Principi marchionißã montis ferrati

Nemo crederet in quantas cogitationes hæc coniecerint Principem, ut qui in portu sesse, bere Reginæ Mariæ nuptias putabat, præ,

dam sibi ex ore aũferri intelligebat et posse ẽa
in aliam mentem reduci sperabat, atq; per in
terrũptios nũc hoc nũc illud moliebatur.
Illa vero, quia se amari ferre possunt mũlie
res, aliquando eum ad Cenã et prandiũm,
aliquando ad lũdum vocare, sublandiri, atq;
adplaudere de morte mariti conqueri, et tan
dem certa signa de non iterũm nũbendo da
re et manifestare, constantem in ea re mente
cepit, quare paũlatim retrahere animũm ab
ea, et ad alias cogitationes conuertere medi
tabatur. Superueniens aũtem interdũm Gra
uellarũs, quæ de pulchritũdine, prũdentia,
comitate Marchionissę acceperat, memora
bat, quę talis foret, vt deliberatione non in
digeret, sed clausis oculis ad amplectendũ
tantũ bonũm Princeps ferri deberet, qui
qui tandem assentiens in potestate Cæsaris
se fore dixit. Ille per suos Oratores apud puel
lę matrem agit, et enũmeratis quæ ex hoc ma
trimonio cõmodis euenire possent vt vtrq;
consentiret impetrauit. Restabat ut ad eas
princeps mitteret et reliquas fieri solitas
ceremonias adhiberet ~~adhiberet~~, quũm
ecce tristis aduenit nũncius, puellam vene

Mors iuuenis marchionissæ

no ne, an alio quopiam casú incertum, periisse et mortem obiisse, Ingenti mœrore iterum et Varijs sollicitúdinibus obruimur, et quid faciendum aút obmittendum subdubitamus, Sed accedens Principem Granuellanus omnem nebulam statim discutit, meliore iam esse res loco dicens, quia Vnica restaret filia hæres, neq; opus esse longa disputatione, ut antea de communi diuidendo, aút dote assignanda puellæ ad quam hereditas ex asse rediisset, placuitq; ut is Orator Joannes

Joannes a Lewenstein

à Lewenstain Spiren Canonicus, quem instituerat pro prima mittere pro secundæ filiæ nuptijs conciliandis ita subornaretur, Vt primum consolator de morte filiæ, maorem adiret, doloremq; quem eam ob causam concepisset, ita exaggeraret Vt consolatione ipse indigere putaret, Orator Vero Cesaris Ludouicus Saxmiento interueniret et diceret, se aliam consolationis Viam non inuenire, quam si quæ sita et concupita affinitas continuaretur, et quod per maiorem natu filiam Deus fieri noluerat, per secundam perficeretur, hoc Imperator, hoc Palatinus desiderare, et in primis votis habere, Marchionissa respondit in tanto luctu non posse deliberare de sua filia, videret quid tempus adferret, nihilomi-

mis tamen penderet tota ab arbitrio ſuæ Ma.tis, Negotiũm in deliberationem reiſcitur, Interim et a Gallia et ab Italia multi proci, Inter quos Mantuæ Dux omnia moliri et tentare donis et pollicitationibus Vtrũmquemq; ad ſuas partes trahere, in quas et Granuellanus conceßit, qui Principi renũncians Marchioniſſam dixiſſe, ſe Fridericũm pro genero habuiſſe, non licere bis eũndem generũm habere, Viginti milibus ducatorũm, Vt dicebatũr acceptis, Mantuano Marchionatũ et nuptias conciliauit, Vtroq; Vero Princeps frũſtratus eſt.

Imperator duci Mantuę dat marchionatũ montyſſer.

Reſtabat Principi iam aliud nihil niſi Vt ſibi debitam ab Imperatore pecuniam ſeptuaginta milia florenorũm perſolui peteret, petierat etiam, ſiquidem Marchionatus Montiſſerrati alteri concedere vellet, Vt is qui acceptũrus eßet, aliquam ſaltem ſibi pecuniarũm ſummã daret, ſed ſurdis cecinit auribus, Ipſemet enim, ut dicebatũr Imperator, Centum milia Coronatorũm accepit, et inde tanq; ex Vna fidelia duos dealbans parietes Duci Mantuano de Marchionatũ gratificatũs eſt, et Principi triginta milia florenorũ pro ſumptũ et laboribus dictis

comitijs factis dedit, et septuagīnta milia in tra
sex aũt septem annos certis terminis per Wel„
seros persoluit et satisfecit,

Principis & Rennerj consultatio de religiõe

Negotiũm religionis nihilominus, ũt ante dixi,
ab vtrisq; partibus acriter exagitabatur, neq; fi„
nis aũt concordiæ spes Vlla apparebat, quod equi„
dem Imperatorem qui mole magnarũm rerũ
alio se vocantiũm premebatur et Principem Fri„
dericum anxiũm et solicitũm reddebat, tandẽ
quadam nocte multa voluens animo, Joannẽ
Rennerũm qui Imperatori Maximiliano à Se„
cretis fuerat, et tum è Cesaris Consiliarijs Vnus
erat, accersiri jubet, et inquit ad illum, Qui
in maximis fraeperij negotijs uersatus es Ren„
nere, et deploratis rebus sæpe consiliũm inue„
nisti, posses ne huic dissentioni religionis ali„
quem modũm excogitare, quo saltem in parte
refrenari, et nẽ erumpat in peiora contineri
uel ad tempus posit, donec uel concilio generali
uel nationali ut vocant medela aliqua inue„
niatur, In humanis actionibus Illustrissime
Princeps respondit Rennerus, facile aliquid
inuenitur, quo hominũm lesæ aũt exacerba„
tæ mentes mitigantur, In religionis negotijs
longe est diuersum, Vbi nemo suas partes, sed

Alterius nempe Dei tueri cogitur, qui sibi leges
aut modum dari non permittit mortalibus,
crederem tamen si communio corporis Christi
quemadmodum constituit ipse ita clare vt ne
gari non queat, sub vtraq; vt aiunt, specie li
bera sineretur, Deinde delectus ciborum et
Sacerdotum coniugia ad eum modum huma
nis constitutionibus non arctarentur, perfa
cile rediretur in vnionem, Hæc audiens
Princeps, et ego inquit Rennere cottidie simi
lia propemodum audio, quare si tibi videretur,
accederem Cesarem, quem scio hanc ob causam
noctem insomnem ducere, Vade deo Comite
respondit Rennerus, nihil enim melius feceris,
ante diluculum Princeps duobus Comitantibg
famulis, aulam ingreditur, et ante Cæsaris
cubile substitit, donec forte egreditur cubicula,
rius vnus à quo petit, num vigilaret Impe
rator, Illo vero respondente ingredi posse ad eu,
Ingresso mox Imperator ait, Vnde tam mane
Comes Palatine, nunquid boni quidpiam ad
fers, adfero inquit, optime Imperator, et tale qui
dem quod tibi summum conciliet, dic ergo, inqt
ille, Iucundum nunciũm, Spero me Inuenisse
respondet, quo negotiũ religionis quod te tantope
re torquet, consopietur, et tum quæ cũ Rennero

communicauerat ad longum recenſet, quibus auditis, manus ad Cœlum Imperator eleuat et exclamat, Deus tua Palatine cepta ſecundet, conuoca Granuellanum, et reliquos meos Conſiliarios, atq; illis hæc ipſa commemora, Ego feſtim me induam et adero, Poſtquam audiuere Conſiliarij, nemo fuit qui eam conſultationem non approbaret, laudaret, et extolleret, atq; ipſemet Granuellanus addens duntaxat, ſibi Videri Vt ſine mora Legato Apoſtolico detegeretur, quo maior auctoritas apud omnes exiſteret, qui mox ut intellexit, ita reiecit, Vt negotium religionis quod tum facile in concordiam reduci poterat, indiſcuſſum remanſerit et tot inſignia mala conſecuta ſint,

Princeps ordinatur iterum ſupremus dux

Quum autem cotidie annunciaretur, Turcam in Hungariam et Auſtriam reditum parare, poſt multos tractatus, ordines Imperij communibus Votis Principem Fridericum illo inſtante recuſante, Supremum belli Ducem deſignarit, Comitijs Vero finem imponentes, ceteris ad ſua redeuntibus, Electores Coloniam Agrippinam, quia Francofurdia peſte laborabat, conuenerendi locum de Rege Romanorum eligendo, et recta eo proficiſcendi diem conſtituunt, Princeps Vero Fridericus cum id ad ſe nihil amplius pertinere arbitraretur, domum redire

constitũebat, quod ipsũm ex me rogciens Granuella
nus, se vehementer admirari dicebat, Primei
pem velle ab Imperatore discedere, qui sua ad
hoc negotiũm opera magis indigebat quam ũnq
antea, tandem conuenit cũm eo de certo in
mensem salario pro sũmptũ ea profectione fa
ciendo, et ita ad iter adcingimur.

ANNALIVM. DE VITA ILLVSTRISS: PRIN-CIPIS FRIDERICI CO: PAL: RHENI DV-CIS BAVAR: SAC: RO: IMPER: ARCH, IDAPIFERI ET PRINC: ELECT: LIBER OCTAVVS.

Annus 1538

AD decimum sextum diem Decembris Coloniā peruenimus, Princeps flumine cum Cæsare, nos terra, hesimusq; ibi electionis ergo ad octauum vsq; diem Januarij anno 1538. causa Vero tam longæ moræ fuit Elector Colonien-sis, qui in Vrbem se venturum negabat, nisi sibi et suis Consiliarijs satisfieret, de pensionibus et donarijs promissis in Electione Imperatoris, licet autem Imperator sancte promitteret se mox vt in Brabā-tiam peruenisset curatorum, quo certas et indu-bitatas assignationes solutionesq; haberet, adhi-bere tamen fidem nolebat, quod sibi non seruata hactenus diceret, substitit q;, donec Princeps et Cardinalis leodiensis pro sua Ma.te se fideiussores et debitores prædesq; si minus pacta seruarentur, constituerunt, quæ res magno postea constitit Principi Friderico, et Colonien-si non paruam co-flauit Inuidiam, Electo Rege Coloniæ et Corona-to Aquisgrani, Imperator Principem vt domum rediret clementer dimisit, Vix Neomarcum in-gressus est, quum ecce à Rege Romanorum litte-ræ quibus ad Ratisponā vocabatur, quo se confestim

Princeps fideiubet pro Imperatore

contulit, ibiq; dúos dies commoratus, habita de rebús Turcicis communicatione, dieq; dicta qua Pragam se conferret, Vt proprio atq; Fatris Electoris nomine in verba Regis iúraret, inuestitúraq; de feúdis út vocant acciperet, qúe ipsi olim à Regibús posśederúnt, domúm rediit, et inde Praga perúenit ad secúndum Maij, et ad duodecimú vsq; permansit, regaliter et omni clementia tractatús, Ibi qúidam nobilis à Kriöringen, Doctorem Melchiorem Soiterúm Principis Cancellariúm, minima re prouocatús graúiter in capite vúlnerauit, quod ideo adscriptum volúi, qui merito eius mentionem in his libris facio, qui illiús de prima et secúnda contra Turcam expeditione magno labore sublenatis súm.

Princeps Prage inuestitura accipit

D. Melchior Soiter vulneratur

Rex aútem quo lętiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortenbúrg, quem antea à Salamanca appellabant proponi, Regem Poloniæ Sigismúndum habere filiam núbilem ad qúam in vxorem dúcendam, si ipse animú indúceret, non dúbitaret, qúin pro amicitia et necessitúdine qúe cúm eo, sibi intercederet et se pronúbo, facile obtineret. Cui respondit se libenter et de hoc in potestate Regis fore, Cetrúm qúia ipse nó admodú abúndaret nisi dotata veniret, consequerétur magnú incomodú

Rex filia regis Polo. in matrmonii offert

duobus pauperibus coniunctis, satiusq; longe solitu
gere, quam ducta Vxore calamitosum esse, Re
cepit Rexse de Regis Sigismundi animo et
filiæ eius dote diligenter exploraturum, scrip
tisq; literis respondit Sigismundus, placere quí
dem, et optare Fridericum sibi generum, nec
displicere filiæ, Verum hunc morem habere
obseruatum Poloniæ Reges, Vt apud se adfi
nitas primum quereretur, deinde de dote Ver
ba fierent, quod intelligens Princeps atq; per
Dietrich Schwartz in polomã missus
suum Oratorem quem eo miserat Theoderi
cum Schwartium, Regem sententiam non mu
taturum, atq; non vsq; adeo magnam dotem
dare solere Reges Poloniæ suis filiabus, certior
factus, tum etiam perpendens, Ducem Bauá
riæ Georgium cognomento diuitem Poloniæ
Regis filiam habuisse Vxorem, et promissam
dotem nunq; persolutam, eandem fortunã
experiri noluit sed negotium imperfectum
reliquit, Illa vero Joachimo Marchioni Bra
denburgen nupsit, Ipse vero reuersus Neomar
cum sentiensq; calculo se vexari, constituit adi
re Thermas syluestres, Doctorem autem Hart
mannum, et me Bruxellas ad Cæsarem ideo
misit, quia solutionem Archiepo Colonienſi pro

missam non adimplebat Imperator, et ille mo-
nere Principem et Cardinalem Leodiensem
Vt fideiussores non cessabat, hic Vero non mo-
do non curare, sed irridere propernodum et floc-
cipendere promissaq; seruare rusticorum esse di-
cere, At Princeps Fridericus qui nihil antiqui
us fide semper habuit, aut perire aut stare pacti
is decreuerat, et ideo magno sumptu eo nos mit-
tebat, Ille Vero presens ne semel quidem Impera-
torem interpellabat, quo quum peruenissemus me
semq; integrum sollicitando frustra perdidisse-
mus, Doctor Hartmannus ad Principem redire
constituit, me aut sollicitatorem in septimum
usq; mensem reliquit.

Fridericj pactorū tenacissimus

Nec quieuit toto hoc tempore Princeps, postq;
enim à Thermis domū redijt, euocatur à Rege
ad Oeniponten, quo ad Vicesimum septimum
octobris peruenit, et ad quartum usq; Nouem-
bris cum sua Ma.te de rebus Turcicis commen-
tatus est, In reditu apud Fratrem Frisingę ali-
quot dies hesit, Deinde accersitus à fratre Hei-
delbergam se contulit, quo et Cardinale Magun-
tino rogante, legati ad Cæsarem prouinciam
suscepit, Legationis aut causa erant Imperij
ordines, protestantes appellati, qui moliri aduer-
sus clerum extrema referebantur, quapropter

Princeps a fratre & Maguntino ad Cesarē mittitur

Mat.tem Imperialem exoratam volebant, vt de
pacis conditionibus agere liceret. Vt Brux
ellas peruenit me mox ad Cæsarem misit,
suum aduentum amunciatum, et petitum
ut audiendi copia sibi quantocius fieri posset
daretur, Imperator vero resciendi auidus quid
nam adferret noui, per fidem me rogat vt si
bi quamobcausam aduenisset dicerem, quinq;
me scire pernegarem, subdit, Noster est Prin
ceps tuus, potest venire quandocunq; illi pla
cet, mihilominus quia certam horam petit,
quæ nunc est tarda, erat enim septima noctis,
veniat cras non vsq; adeo mane, nouit enim
nostru surgendi modum, adeo autem cupi
dus erat resciendi cuius aduentus causam, vt
Dominum à Bosu intempesta nocte Princi
pem adire subornarit, qui dissimulans se à
sua Mat.te missum, idipsum explorari conaretur,
et cum nihil indagare posset, surrexit mane
quam antea intra longum tempus Cæsar, au
diensq; Principem ante conclaue adesse intro
mitti iussit, eumq; diligenter audiuit, commu
nicatoq; consilio conuenit vt totum negotiu
ad Ratisponentia Comitia, que ipse paulo ante
indixerat, reijceretur, Retinuit autem apud
se Principem, donec se ad comitia contulit, vbi

Saxo et Hessus aduenere, Maguntinus vero Cardinalis et Palatinus Elector Schweinfurdum secesserunt. et assumpto arbitratoris offitio, rem inter Imperatorem atq; Vtriusq; partis Principes, hunc in modum composuere, Vt rebus in eo statu quo tunc essent permanentibus, nihil a quoquam siue is veteri adhereret religioni, siue is nouum sectaretur dogma, innouaretur, Sed omnes quasi factis induciis, donec coacto concilio generali, res ex integro decideretur, manibus ac muris temperarent, pacis aduersus communem hostem Turcam communibus auxiliis, et Imperator apud Pontificem institutum maturaret concilium, Vel alium saltem ad religua componenda conueniendi diem indiceret, Gratae fuere et acceptae omnibus has pacis conditiones, et Principibus Electoribus, quod tumultum quem hucusq; componere potuisset nemo, soli ipsi, interuenientes sem Principe Friderico, qui Ratisponae Imperiali consilio presidebat, sua prudentia et opera sedauissent, gratiae ingentes actae, et ne me honore meo defraudem, eram tum Imperatori ab Interpretatio nibus, Vnde laboris plurimum ad me in hoc negotio, redibat.

Comitia Ratisponen

Electores ad Schweinfurt

Primceps iterum presidens

Hubertus Interpres Cesarei

Interea accedebat sepe Principem Fridericum Ducis Mediolanen Orator Antonius Bagarotus, Il

Soror ducis Calabriæ Principi in vxorem offertur

hiq; sororem Dũcis Calabriæ dũcendam si vellet Vxorem, et sexaginta milia ducatorũm dotẽ promittebat, Princeps aũtem nec renuebat omnino, nec acceptabat, sed suspensum tenebat, Donec id resciens per suũm Oratorem Domiñũ à Veli Rex Gallorũm Franciscus, datis ad eũn literis iussit illi dici, Siquidem animũ ad dũ cendam Vxorem induxisset, atq; aliquam e to, to suo Regno accipere vellet, daret illi liberam optionem, Quamcũq; vero elegisset, eandem quemadmodũm filiam elocare et dotare pro, mitteret, Proponebat aũt tres insigni forma et e regali stemmate nobiles, sororem Regis Nauarræ, Filiam Dũcis Vendosmi, et Dũcis Gui, sij, addebat præterea, quia sciret ipsum atq; Fra, trem Electorem multa beneficia in domũm Austriacam contulisse, et auctores fuisse eiusdẽ, quoq; ad eam magnitudinem qua fere iam la, borare videretur, peruenisset, neminĩ quam si, bi Palatinis debere, maleq; non solum relata gratiam, sed pene in extremas calamitates pro datis beneficijs nũperrimo Bauarico bello de, uenisse, Hæc omnia ipse Rex ita resarcire et compensare vellet, Vt in se collata officia dice, rentur, Neq; enim Vnq; cuiq; male Voluis, set, qui fidelem operam ijs, quibus adducti obsequijs fuissent, præstitissent, quin potius amasset et laudasset, ingrator Vero et beneficij immemo,

Rex Galliæ offert Principi matrimoniũ

vox vere regia

res care semper penus odisset et angue, Et
ne foret de quo addubitaretur, posserit ipsi am
bo Princeps Elector et Fridericus ad se in
Galliam suos mittere Oratores, quibus ipse has
et maiora declararet, et coram rebus ipsis co
probaret, Magnificis et plane Regijs his pro
missis allectus, et persuasus Princeps, confecta
alia causa mox se ad Fratrem Electorem Nu
rembergam quo ille Venerat cum Maguntino
conficiendi negotij supradicti ergo, contulit
et omnia detegit, Ille non solum acceptare, sed
Regi ob propensum in se animum multa bene
precari et optare, neq; prebitam occasionem fra
trem negligere debere dicere, sed quantocius
Vtriusq; nomine, quinqueminem haberet lin
guae Gallicae gnarum, Doctorem Hartmannum
atq; me, ad Regiam Maiestatem mittere, fili
amq; Ducis Guisij qui ex Principibus Lotharin
gie Imperio Romano subditis petere debere, co
fectis credentialibus ut aiunt litteris atq; instr
uctione quas, si ad se Heidelbergam mitterent
quo ipse properaret subscriberet et signaret,
Letus rediit Ratisponam Princeps, Fratrisq;
responsum Oratori Regio communicat, nobis
autem quae ad profectionem nostram attineret
conficiendum datum negotium.

Secunda expeditio contra Turcam

Non abierant adhuc Ratispona Principes, nec cō-
silium omnino erat peractum, crebri nuncij So-
leymannum Turcam nouam et priori longe
maiorem in Pannoniam parare expeditionem
referebant, Imperator igitur et Principes non
diutius cunctandum ratiōe, soluto conuentu, re
quoq; dixere maturandam, ne dum lento quoda
vt anteriori in profectione ad arma procederetur
gradu, hostis interim pro celeritate sua pracocu-
pata prouincia, damnū daret ingens, aut vul-
nus quod omnem superaret artem, inferret impro-
uisus, et recte quidem et prudenter. Nam cunct-
atio nisi certo quodam et Fabij illius Romani
iuxta institutum reguletur modo, noxia est ple-
runq; bello, inutilis et damnosa, presertim hunc
aduersus hostem, qui ocyor Euro ire solet ac re-
dire, atq; hic vel illic vnde minus speres insul-
tare. Constitit ob rem priori bello prudenter be-
neq; gestam, iterum Augusti Cæsarisq; et com-
mūni omnium Principum suffragio, penes
Fridericum Principem Imperij summa, additi

Belli consultores primi-pi adiuncti

sunt huic belli consultores, Guilielmus de Ren-
renberg, et Georgius de Haydeck, antiqua et
Heroica apud Germanos prognati familia,
Rinhardus de Neyneck à Glatt, Sigismundo
de Hesperg, Wolffgangus de Affenstain, et
Vlricus de Schellenberg, Equites aurati omnes,
nisi quod et posteriores duo iuris duumi et hu-

nam non fuere imprudentes, atq; soluto sic cõ-
uentũ, Principes Vt primũm domum redire,
habito Vridiq; per prouincias delectu, auxilia pro-
missa ad locum et tempus constitutũm ordinaue-
re. Quare et Princeps Fridericus profectionem
suam duxit accelerandam, iniquum ratus si
seriũs, quam cæteri aduenisset, ordinatis igitur
sua in prouincia sedulo rebus expeditisq; nobis ad
profectionem Gallicam, diebus paucis interiectis,
Abudiacum Danubianũm Thermis et veterũ
scriptorũ monumentis celebratum, atq; sex mili-
bus passuũm supra Ratisponam existentem Vi-
cum reuersus est, et Imperatorem atq; Cæsarẽ
Ferdinandum, ibidem conuenit, cũm quibus de
belli rebus pauca: nam plura nec res nec tempo
patiebatur, colloquutus, Castrorũm locũm in lipi-
campo, qui fluminis secundũ ripam è Regione
vrbis Viennæ et pontem pontem prope exposity
est, capere iussus, quod uel is situ et natura
ad pontis fluminisq; custodiam, et ad conseruã-
dum liberũm in Vrbem aditũm commodior ut
ne commeatus priũs in oppidũm comportaren-
tur et inde à militibus cariũs emi oporteret, au-
spicatior iudicatus, Additũm tamen in rem
præsentem cũm Veriset, de hijs belli consulto-
rum atq; Petri de Laquoua, qui et Castrame-
tationũm maxime esset gnarus, consilio com-
modiũs tractaturũm multa, tunc quæ iam nõ

cogitentur animo occurrere, se quoq; ambos cũ exercitũ quem peculiariter spopondissent, et qui nunc in Hispania Italiaq; conscribatur, breui affuturos, id saltem caueret ne capta semel in lupi campo castra, ipsorum ante aduentu et se inscijs hinc amoueret aut transmutaret, sed ea potius interim uel ducto Vallo et fossa Veteri Romanorum more communiret, uel antiquo Germanorũ institituto carrorum multitudine circumsepiret, militemq; rudem adhuc atq; varijs ex Gentibus congregatum et collectum arte quadam et disciplina militari aduersus calidum ac dolosum hostem hunc proeliari erudiret, multum enim Veteranũ et exercitatum a nouo et Tyrone differre, et hac ratione fieri ut hi quasi phratria quadam et amicitia mutuo contracta, firmius inter se cohererent, et quum necessitas ingrueret fortius proeliarentur. Finito colloquio, acceptoq; hoc mandato, Fridericus Princeps celeri cursu Patauium ad Ernestum Bauariae Ducem, locig illius praesulem deuehitur, et quoniam munus omne armorũ militarium huic erat demandatum, hunc Vt cõmissum sibi officium grauiter exequeretur, compellans fortiliariter, est adhortatus. Nosse enim quantum periculi immineret, si annonae penuria in castris oriatur, uel si ea minus iusto uel maiori quam parsit precio Venundaretur, Nec

dii moratus illic, Chornumburgum appellit, militemq; ipsum in radicibus montis Peyssenbergi, iuxta arcem Greitzenstain castra prima interim capere iubet, atq; mox Labacensi Episcopo Joanni Cantio, atq; Petro de Lagusia aduentum suum in Vrbem Viennam, vbi hi presidebant, significat, admonetq; vt postera die Imperatoris Caroli Cæsarisq; Ferdinandi mandata de rebus bellicis audituri, apud eum Chornumburgi conuenirent. Sequenti die exorta, hij ut iussi erat comparuerunt, et exposita Augustali sententia Castrorum de metatione et loco diligenter et oratione excussa, dii consultauere: et exquisitis animorum sententijs multi erant, qui castra stubæ ad portam inter Vrbis Viennæ mænia, et secundum torrentis nominis eiusdem ripa iudicarent collocanda, multi et quorum pars obtinuit quoq;) qui principali decreto relatum quidem Vrguem existimarent discedendu, inducti etiam noua ratione, quod nec milites numero plures, nec qui eos recenserent adhuc conuenisset. Nuntiatum eo tempore Turcarum Tyrannum Constantinopoli sexcentis militum millibus iam antea pridem egressum, Guntzam exiguum oppidulum, nulla arte, opere aut natura munitum obsidere, idq; non die aut nocte intermissa oppugnatione, omnium copiarum ui premere et vrgere. Presidebat autem illic centum cum militibus tantum Nicolaus Iureschitz, Vir pietate quide

Turca obsidet Guntzam

Nicola? Jureschitz

erga Deum et Patriam insignis, qui quamuis re-
rum omnium, quae ad obsidionem tolleranda
erant necessariae, plane foret inops, neq; enim
has Turcae tum celeritate prequentus compara-
re potuerat, belli tamen maximam in se unu molem
conversam tanta fortitudine animi diebus
viginti quinq; sustinuit, ut eum omni ope hu-
mana destitutum, tanto hostium à furore, solo
auxilio diuino intelligeres conseruatum, Exci-
tauerunt Turcae circa oppidi muros in plani-
cie, nam et hoc in plano situm est, qui maenu
altitudinem superarent aggeres duos, unde
semper defensorum terga in oppugnationibus tor-
mentorum globulis et ictibus crebris pulsabant.
Actum fuisset semel de nostris nisi Deus suorum
misertus, malum hoc auertisset dubio procul,
nam Turcae illatis ultra uallum et maenia su-
pra uexillis octo, eos omnes tunc inde depulerat,
et erant iam sine defensore maenia, et sine pro-
pugnatore oppidum, quoniam omnes tunc sau-
cij et fossi testudinis sub munimento delitesce-
bant, et nemo erat qui iam posset uel auderet
resistere, sed ecce imbellis aetas, senes, pueri, ma-
tres, quae hucusq; aedium intra parietes se conti-
nere iussa, alta uoce et pectore imo Dei auxili-
um fidem et misericordiam imploranis, mira-
bile exauditat, eiulantium enim clamore hos-
es animis percussi oppidulum milite oppletum
existimantes, oppugnatione obmissa à maeni-
bus uictores resiliunt, nuncq; praesentia

perterriti persequente etiam nemine, eadem
pene turpitudine aufugere illinc compulsi sut,
qua olim Hercules abiecto clypeo aureo ab Oxi
drochis Iouis fulminibus et rubente dextera cae
litus delersis, tentatum, si Nicolai animus
ad deditionem compelli potuisset, sed frustra,
frendebat igitur caelestium consiliorum igna
rus Tyrannus, dentibus atq; animo et ira aesti
ans, oppidum illud inducto aratri sarculo fun
ditus cogitabat euertere, quia Vero Deus Opti:
Max: cuius nutu reguntur Vniuersa, occulta
et immersa benignitate sua, qua se piè colentes
fouere semper solet seruentis alio auertere Volu
it institutum. Ibrahimus enim Bassa, cui in Ibraimus Bassa
in admonendo iis summum fuisse supra dix
imus, statim ac Tyranni mentem eo tende
re intellexit, captato per opportune et donec ani
mi aestus aliquantulum resedisset expectato tem
pore intercepit inquiens, Hunc rem nec nomi
ne nec magnitudine sua dignam parare, sitot
Virium tot operarum in oppidi Vrbis tam in
ualidi et immuniti expugnatione prodigere co
naretur, Vnde tamen vix uel premij uel gloria
quippiam foret expectandum, nullam enim in
de si etiam id expugnari detur, apud quenquam
oriri admirationem, nemini enim mirum
videri magnis copijs et tantis oppidum natu
ra et praesidio inualidum expugnare, praesertim
perseuerantia tanta qua etiam inuicta alias
saepe debellarentur. Ediuerso autem si belli fortu

na cuius Viciſſitudines plerúnq; incerta con-
tingere ſolerent, neceſsitate in diuersum ceſſiſ-
et, magnúm ſui apud omnes generari contem-
ptum. Quare conſultius esse militum labori-
bus, in re tam exigua et vbi honoris nihil ſpera-
dum parcere, et eosdem ad opus maius, quod
reſtare non ignoraret, reſeruare, quam Virtu-
tem et fortitudinem vbi oſtendi non queant,
in tam ignobilis vici illius oppugnatione frustra
et inutiliter conſumere: nam licere iam mi-
nori cum dedecore hinc abire, quam poſt vlti-
mos conatus viribus attritis demúm et infecto
negotio diſcedere, Magnificentius itaq; esse obſi-
dionem illam ſoluere núnc, atq; Nicolaum ei-
catum, oppido donare, quam tanto cum mili-
tum diſcrimine ſuprema quaq; experiri. Dict-
is hijs atq; huiuſmodi ſimilibus rationibus ad-
ductis agre tandem obtinúit, vt Tyrannus ip-
ſe Nicolaum, quem armis vincere non po-
tuerat, miſso caduceatore in Caſtra ad Ibrahi-
mum vocari, atq; hunc in modúm oppido
quamuis alieno donari pateretur. Vocatus
autem Nicolaus quamq; letaliter vulneratus
esset, ſpemq; iam núllam reliquam haberet, Ve-
nire tamen ad Ibrahimum etiam tu conſtanter
negabat, miſi diplomate et obſidibus præſtitis fac-
tus ſecurior, ne quid ab eo, quod uel à dignitate
ſua, uel à Religione Chriſtiana et fide foret
indignum, exigeretur. Laudabilius esse ratus

vna cum suis fortiter interire, quam se suosq; ludibrio, atq; fluxæ hostium fidei credere aut offerre, et quia ob magnanimu Viri responsu creditu, res ipsius non vsq; adeo accisas, nec vires adeo attritas aut labefactatas, quin insultantium ac oppugnantium vim aliquandiu adhuc sustinere potuisset, id quod petebat non fuit negatum, nam Turcarum ex nobilioribus obsides, duo dati sunt propere, et diploma ut petitum fuit, præstitum et oblatum. Egressus itaq; Nicolaus acceptis his oppidum. Ibrahimi in conspectum postq; peruenit honorifice exceptus et considere iussus, de tribus tantum præcipue fuit interrogatus. Primo ex Veteri morbo, re quo in Tracia nuper quum legationis munere apud Soleymannum Imperatorem fungeretur laboraßet, iterum reconualuisset. Secundo an Vulnera quæ proxima in oppugnatione excepissent forent letalia, Tertio qua fiducia ductus, Imperatori Soleymanno cui cæteri omnes Vicinia iuncti colla sua submisissent, Solus ipse hucusq; tanta animi pertinatia restitisset. Mirari enim se si Vllam spem in Rege Ferdinando minu tardo existimaret reponendã. Inferebat ad id Nicolaus primu gratias ingentes se agere quod de egritudine sua sterita, et Vulneribus in propugnatione proxima acceptis, tam humaniter fuisset percunctatus, liberatu se CHRISTI saluatoris sui gratia morbo iampridem, nec vul- Nicolaus apud Ibraimu

nera eße letifera, ad tertiũm autem quod alti
neret, noße eũm pro prudentia ſua boni bellatoris
offitiũm eße, aduerſarijs et hoſtibus magnanimiter
reſiſtere, nec rebus aſperis facile perturbari, aũt
graũibus fortunæ inſultibus, gradũ et animo le
uiter deijci aut dimoueri, ſe hũmana ope deſti
tũtum, diuinũm confugiße ad auxiliũm, quo
conſeruatus hucuſq; perſtiterit mũnitus, quod
et ſibi poſthac rurſũq; defuturum ſperaret, Re
gem aũtem Ferdinandũm, quem nunc Cæ
ſarem, et Auguſtę Ma.tis hæredem omnes Chriſt
iani orbis Principes legißent et agnoſcerent, ta
procũl non abeße, quin et breui magno eũm
exercitu eßet affuturus. Quare ſi ſibi in hunc
vſq; diem non ſit ſubuentum ſe nihil mirari,
multas namq; cauſſas et rationes, quibus inſti
tũm præpediri potuerit opus, interuenire potuiße,
quum fortuna inſtabilis alias à natura, quia
ſine pedibus, muſq; minus quam in bellicis re
bus Martiſſq; negotijs ſibi ipſi conſtare ſoleat. Ad
miratus igitur Ibrahimus magis ac magis ex
celſum et inuictum Nicolai animum, quum
illum nõ ſolum oppido, quod per tot dierum
ſpatia tam inſigni cum Virtute aduerſus
tot hoſtium milia defendißet, ſed quouis etiam
ingentißimo præmio dignum tacite apud ſe
iudicaret, donare ſe Imperatoris ſui Solejmã
ni nomine eũm hoc oppido inquiebat, ob Virtũ
tem ſuam nobilem, et in deferſando oppido egre
gie operam nauatam, poße enim nunc ſi Ve

Nicolaus oppido donat

lit idsoi sine dubio Vna cu præsidijs et defensorib:
suis perdere penitus et euertere, quia Vero na-
tura sua mitis sit ac clemens Imperator Soly-
mannus, virtutumq; ac fortium virorum
maximus amator et spectator, iuspisse ei et op-
pidum illud Vna cum comilitonibus et presidi-
is suis in præmium virtutis conferre, rei alie-
na satis munificus donator, mirisq; forsitan do-
natiuus, si hoc insigni absq; natura iactura
et clade militum suorum speraßet expugnare,
accepit munus hoc gratijs actis et animo quide
læto Nicolaus, deprecans Vt et munificentia
illa liberius atq; militum absq; iniuria frui lice-
ret, Violentas manus illoru cohibere, pollicitq; est
id se curaturu Ibrahimq, dummodo et ipse Vicissi
in ægrotantes et saucios Turcas, qui exercitu corse
qui no valerent, suos quoq; sæuire no patiatur, et
sic cepta obsidione postera die soluta hinc perrectum. obsidione Guntza liberat[2]
Certiores itaq; facti de obsidione oppidi, na reliqua
adhuc ignorabat Princips Palatinus procereseq;
Germani, quonam pacto subueniri posset obsessis
inter se collatis sententijs iterum consultauere,
Et quoniam nondu tanta militum confluxe-
rant copia, metantu exercitui inerat robur, Vt
cum hoste aperto Marte contendere liceret, tutig
iudicatum hos subsidijs quibusdam atq; annone
prouentibus elusis per noctem hostium Vigilijs,
donec Imperator Augustus, Cæsarq; Ferdinandq
maioribus cum copijs aduenirent, munire et
adiuuare. Inspectq tunc tormentorum machi-
næ atq; armonæ et prouentuum inita ratio et

Semper Germanus ad cõmunia recurrit

Pontes Danubiani apud Viennã

Vbiq; negligentia quædam et incũria reperta; mandatũ itaq; his, quibus id negotiũ públice iniunctũ fuerat, sarcire neglecta et prospicere in tempore, quæ inde euenire possent incommoda. Soluto consilio, Vrbem versus ad cõuiuium, quod Labacensis episcopus opulentia et apparatu magnificũm Principi Friderico cæteriq; Heroibus parare iusserat, properatũm, et quum ad portes illos Danubianos quorũmero tres sunt fussent peruentum, milites omnes per stationes custodiasq; diuisi, armorũ strepitu bombardarũmq; boatu prætereuntes excipiebant, no minus honorifice cum etiam tum, quam olim armis laudare existimantes, primi pontis munimenta Caspar Rutzar prouincialium cohortium ductor obtinebat, Secundi Sigismundus de Brandis Classiariorũm nec non manipulorũm quorũdam Nauarcha, Tertij cum Vrbis maribus Lotharingiæ comes, structæ acies atq; inter se concurrentes naumachiæ atq; terrestris prælij speciem exhibebant, spectatu quidem iucundissimam. Inde in Vrbem ad conuiuiũ maxima congratulatione et lætitia omnium peruentum, id non diu protractum, nam mox ad consilium rebus sic exigentibus relatum, et decretum Imperatori Carolo, Cæsariq; Ferdinando oia hæc de Guntzæ obsidione, de commeatu, de machinarũ tormentorũmq; refectione, de Castrorũ metatione atq; de ducũm Tribunorũmq; militariũ absentia p q oia quibus instituto et excursionib: turpiq

obuiari posset præpediuerunt, ocyus missо cursorio
nuncio significare, precariq; Mtes aduentui institu
tamq; profectioni iam tandem uelint maturare.
Et posthæc Vrbis mœnia refecta, muri solidati; ad
dita propugnacula, auctæ turres, silua Vienensis nã
et hæc ab Vrbe ipsa nomẽ retinet, arborũ struibꝰ ne
receptaculi loco hostibus foret, occlusa, consumpta hu
iusmodi sedulitate sic tota die eaq; iam in Vespe
ram inclinante. Digressus à Religiosis Heroibꝰ
Princeps, vagitum Paulum cuius supra me
minimus, ægrotantem exitimere iussit hu
maniter et alloquitur, Dein Loysium de La
quoua mille quingentorum Hispanorum præ
fectum comiter compellans, et militibus illius
quos is statim ac Principis aduentum præsense
rat, in aciem coire atq; eodem modo quo prio
res in Vrbe pugna simulachrum fingere iusserat,
summa animi delectatione spectatis ac pro in
nata comitate sua lingua Vernacula laudatis
et salutatis clementer, nam illius, Vt supra
dixi eam à puero, et eo tempore quo cum Philip
po Rege Caroli Ferdinandiq; parente in Hispa
niam profectus est edoctus, apprimè gnarus
erat, ut primum autem. et multam sub nocte
Chormuburgum rediit, Imperatori ac Cæsari
hæc omnia de quibus antea in consilio tractatu
fuerat gnauiter, Notarios ac exceptores illos
perscribere iussit, et quamuis ita summis labo
ribus omnem pene consumpsisset noctem, sub
aurora tamen sequentis diei Principu Imperij auxi

lia, quæ hucusq; varia per loca fuerant dispersa, col-
ligere imperat, atq; recognita, castrorum locũ in Lupi
campo ut cũ Augusto Carolo Cæsareq; Ferdinã-
do conuenerat capere, paritu Principis mãdato se-
dulo, nã statim conuentu, et castra sine mora vt
iussum constituta, et quia tunc normullorum frau-
Hispani cõmeatus diripiũt des, qui priuatam Vtilitatem publica facerent
potiorem, patiuere atq; indicatum Hispanicum
presidium effracto Chremsij publico horreo, an-
nonam diripuisse, nec Viennam magna copia
rerum abundare, quare commeatuum ratio
per Principem et consultores belli ipsos iteru
imita, et iussum publicam quandam venali-
um facere licitationem, ut miles ea quibus in-
digeret, iusto Agricolæ tamen absq; detrimẽ-
to comparare posset pretio, erant tunc in cas-
ris neq; machinæ neq; tormenta, quibus ea quo-
uis saltem modo munire liceret. Rescriptum
itaq; de hijs Cæsari Ferdinando qui horum
sumptum atq; curam Augusta susceperat, ut
hæc iuberet ordinanda, commissum id à Ma.te
sua consiliarijs Viennæ præsidentibus, qui bom-
bardulas carratas (Vt vocant nostri) viginti
duas situ, rubigine et diuturna incuria satis
neglectas, cum fossatoribus, iumentis et bestijs
iugalibus centum miserunt. Tyrannus aute-
cum hæc tanta diligentia parari vidit, tot ta-
tasq; nostrorum copias undiq; confluere, diffi-
sus iterum Mahumeto suo Acynaci et Dijs
Turcæ fuga patrijs omnibus, fugam eodem modo quo prio-
ri profectione fecerat, maturare cæpit, atq;

Croatina claustra uersus summa celeritate cõten-
dere, quod vt animaduertit Princeps, indecorũ
duxit plane et à dignitate sua penitus alienũ,
hostem hunc e Germania iam tam insigniter
et secundo afflictũ multũm discedere, vias om-
nes præsidijs munire iubet, effugia occludere,
et fluminũ transitus reiectis pontibus adimere,
atq; Imperatori interim Carolo Cæsariq; Fer-
dinando propere indicare, si ipsi negotiorum
molibus præpediti ad pugnam venire non
possent iam, militem saltem quem hucusq; ad
se reti mũssent ad exercitus incrementũ
sine mora dignarentur transmittere, eiq; cũ
hoste pugnandi tribuere potestatem, ne et is
nunc quoq; post tot et tanta scelera in germa-
nia perpetrata, post tot cædes, excursiones et depopu-
lationes commissas, impunitus iterũ elaberetur.
Inter hæc litera Nicolai ipsius atq; Longini de Buer-
sem, nam et is una illic in præsidio erat, quibus
opem et auxiliũ precabantur, Viennam allatæ
sunt, quas ad Principem perferendas præsidij præfecti
Equitibus auratis Hilfrido de Meckau, et Fabiciano
à Derschau, eo cũm mandato dederunt, vt mentia
rent, se hijs quamuis pene desperatis pulueremq; tor-
mentariũm iam, frumentũm et armenam selectã
sisse, oppida reliqua Neopolim, Eisenstadium, Eden-
burgum, tanq; belli turbinibus proximiora, vale-
dis Equitũm præsidijs firmasse, vt hij si qua vis
maior aut hostilis tempestas ingrueret, ea ad-
uersus hanc tuerentur, observarentq; si hostem

ipsum

ipsum frequentibus incursionibus à Gunrae obsidione possent depellere, ob id et eis adhuc primum iuxta consilium comodum videri exercitum ocyus transportare, atq; hunc positis castris ad stubae portam, secundu torrentis ripa urbi Viennę propius admouere ita enim ab euntem hostem facilius insequi licere, atq; fugientem impedire, multa tempora, donec potium per angustias tantus transportetur exercitus, pretexire, melius haec nunc dum commode fieri queant, praeparari, Legatis post aceptas literas, expositaq; mandata, à Principe responsum, quae cum Guntensibus ac reliquis oppidis acta forent, atq; de remoranda Turcae abitione consulta, sibi no displicere, Laudare igitur se Praefectorum industriam et sedulitatem, castrorum autem ad mutationem quod attineret graue sibi videri, ea Ma.tis contra decreta praescriptoq; loco mouere. Quam seuere namq; olim in contemptores Imperij uel etiamsi feliciter cessisset res fuerit animaduersum, ipsi nosent, nec filijs, nec victoribus parsum. Rectius iam Imperatoris Cesarisq; rescriptum ad literas proximas quibus haec omnia significassent expectari. Reuersi erant interea Turcarum ex castris Leonhardus Nogaroli Comes & Josephus à Lomberg eques auratus, ab Augustis Principibus in Thraciam ad Soleymannum missi Legati, referenter hunc ad pugnam dimicationemq; properare, et relicta Gunra Viennam uersus cum toto exercitu contendere, Scripserat haec Principi Palatino Cantius, et se decreuisse aduentantem

Comes Nogarolli
Josephus a lomberg

ſtrictis undiq; et elocatis ſilúarúm perabdita
inſidijs excipere, ad hoc Equitibus nonnúllis cele
ribús et expeditis ſibi opús eße, præcari itaq; quoſdã
Germaniæ è iúuentúte corporis robore et animi
virtúte inſignes, atq; inſtitútam ad rem idone
os legere ſibiq; in ſubſidiúm ſubmittere, non ab
núendúm id ratús Princeps, nuncq; Júuenes ſep
tingentos omni ex nobilitate lectos, vna cum
Ernesto de Gleichen comite, qúi dúcta Greco
rúm antiqúo more ſorte his præfectús erat,
noctis ſubr conticinium Viennam miſit,
Sed eadem nocte aliúd à Cantio, quod Turcarú
Tyranni inſtitútam mútaße ſententiam, in
dicabat núnciúm, ad Principem remißúm,
qúare dilato in aliúd temp⁹ negotio, et ab Equi
tibus in caſtra reditúm, Qm gútem omnia
iam Germaniæ Principúm auxilia conúe
nerant, neceßariúm dúxit ac vtile dúctorer
illorúm Tribunos et Centúriones omnes à mi
litúm vúlgo ſeiocatos, paucis his de magiſtratib:
ceterisq; rebús militaribús matúrè ordinan
dis commonefacere, Diú múltúmq; expectati
Dúces comilitonesq; fortißimi per opportúne iam
tandem adueniſtis, et eo tempore quo Soleÿman
núm Turcam omißa Gunza oppido ad Lÿtę flú
minis ripam ſubſiſtere ferúnt, cúnctabundum
tranſitúmq; eo animo et inſtituto occúlte paxare, Vt ſo
lita celeritate fretús nos oprimat inopinantes,
quod factú haúd admodúm difficile illi eße, ne
mo eſt cui rerúm noſtrarúm ſtatús ſaltem ali
qúantúlúm notus qui non perſpiciat, Apúd nos

Princeps ad exercitú loquit⁹

omnia quæ ad conflictum durumq; Martis certa-
men sunt necessaria, in hunc usq; diem permã-
sere imparata, vacant munera militaria adhuc
omnia, præfectus his nemo. quod sola absentia
uestra factum. Quamuis enim ad Hæc Heroes
nonnulli, Viriq; alij haud ignobiles iampridem
antea tum ob ætatem multam, tum ob rerum
cognitionem insignem nobis summe placuissent,
nemine tamen absentibus ac inscijs Vobis, ad ea
ipsa euehere Voluimus. Sed in hoc Vestrum om-
nium commune, quum inde communis om-
nium dependeat salus, iudicium expectare, in-
quum rati, contra morem Maiorum honore
hunc et liberam legendi militarium magistra-
tuum facultatem Vobis præripere. Quum Ver-
res ipsa ob vicinitatem hostis, qui admotis cast-
ris, tam prope nunc ferox et minitabundus
consistit, moram aut dilationem longiorem
no admittat aut patiatur, sed festinationem
summam exigat potius et desideret. Decreuimus
ut electionis negotium illud citius et felicijori
auspicio queat expediri, Hos Vobis ueluti can-
didatos quosdam proponere, Gulielmum nam-
de Remmberg comitem, equitu magisterio dig-
num iudicamus, Theodoricum Spet campi præ-
fectura et Marscallie munere, Viricum a Scell
enberg, recognitione militum et censura, Joan-
nem Hilliche, cum Vicarijs duobus, Melchio-
re de Harstal et Wolffgango a Hespers vigilia-
rum cura, Joannem a Stadio armonie mili-
taris officio. Vestrum tamen erit ex hoc ta insigni
Procerum catu uel hos uel alios quoscunq; qui Vo-
bis ad munera hæc inisi fuerint habiliores legere ut

hi pro tempore et hostis ante adúentúm sic consti-
tuti reliqua in exercitú recte ordinari posſent et
q̃ húcusq̃ neglecta fúere resarcire, Dixerat hæc et
continuo ab his prestito, tamen priús militari sa-
cramento, se Principis mandato semper et dilige-
ter parituros, ad súffragia discesſúm, nec ibi de
his diú concertatúm, sed mox reditu, Principiq̃
hos quos et ipsi ad núnia hæc placere intellexiſſent,
eis quoq̃ non displicere responsú, Boihemi quoq̃ quia
ex Lúnæ silúa millibús octo progressi, Henrico Trayſch
Hesso et Ernesto de Brandenstam dúctoribq̃, per
Marcomannorú fines transierant, atq̃ castra à
nostris logius, q̃ é re fore visú posúerant ut viribús
vnitis hostiles insúltus facilius sústineri posſent,
ppiús coniúngere, et admoúere iussi iussi súnt, Re-
dierat sub idem fermè tempús ab Augústo mi-
tús cúm literis, quibus Ma.tas ipsius Principi Fri-
derico cúm hoste agendi, atq̃ ex Lupi campo castra
moúendi facúltatem perfregabat, signficans se
breúi reliqúa exercitús cúm parte adfúturam,
commeatúúmq̃ ac aliarúm rerúm omnium ra-
tionem diligentem túnc habitúram, súbijciens
etiam his, quóniam súperioribus Saxoniæ militi-
bús, Joachimúm Júniorem senioris Joachimi
Marchionis eiúsdemq̃ Principis Electoris filiú
Dúcem prepoſúisset, illis in præsens alium præpo-
nere non oportere. Lectis, his ingens in castris
lætitia orta, quia túm quod de interitú regni
Turcarúm in fatis ẏstem passim ferebatúr, im-
pletúm iri ab omnibús iám sperabatúr. Et quo-
niam constans fama erat, qúæ linguis mille
rerúm fidem exaggerare solet plerúnq̃, Impera-
torem Augústum Reginobúrgo egressúm, itine-

ribus magnis coactoq; gradu, Viennam Versus per-
gere ire. Placuit quo eius sub aduentum parata
forent omnia, et reliquum quoq; militum Vulgus,
Principis in Verba iuramento adigere, et arm-
is inspectis recognitum Verbis breuibus, quum
longiora tempus ipsum no patere retur, Vnitatis
concordiaq; admonere, quod intellexisset hostiu
animos nihil aeque in spem Victoriae ac ciuiles
intestinasq; dissentiones, quas aliquando ob diuer-
sas de ceremoniarum ritu opiniones, inter eos
oriturras certo sibi persuadebant extulisse, Et tantu
adhortatione illa tam breui et peregrina valuit,
Vt totum hoc militiae tempus sine quouis tumul-
tu aut dissentionis strepitu sit transactum. Fac-
tum tunc Vulgo Hannibalem olim exercitum
suum Variis gentibus congregatum, saeueritа-
tis disciplina habuisse concordem, Principem Ve-
Concordia exercitus ro Palatinum diuersis ex nationibus collectum
aeterni numinis benignitate, ac clementia sua
singulari, qua etiam Caesarem Iulium superarit
Vrianimem, Scripsit eadem die Cantius Prin-
cipi iterum se ex Turcis septem qui Neopolim
transfugerint compertum habere, Soleymannu
Tyrannum incensis ad Lytae flumen castris,
Valerianos Croatinosq; Versus aufugere, atq; trās-
misso Sauo amne, Tratiam repetere, quare Equi-
tibus sibi antea in subsidium decretis, nunc
maxime opus esse, abeunti enim hosti, flumina
tria magnitudine iuncta obstare, Draum, Ra-
bam et Rabunzam, quae quum fugam acceleran-
ti. Vno die, cum tam ingenti exercitu traijce-
re foret impossibile futurum, ut transmissa exer-
citus parte una, reliquam in diuersa fluminis

ripa ad insidias et occasiones omnes opportunam trepidus post se cogeretur relinquere. Statuisse itaq; hanc uel illic sub silentio noctis, uel ad Croatina claustra, quae spatij ob Angustiam ad Vnius hominis tm vestigium paterent, impetere, Princeps Vero quia hostis calliditatem non ignorabat, uerebatur, ne quum is tam exiguam se insequi intelligeret manum, reuerteretur ex improuiso, nostrosq; priusq; succurreretur inopinantes opprimeret, Praesidum sententiam in hoc duxit expectandam, et quoniam Legati illorum qui non diu post Vna cum Cantio ipso aduenerant, eadem referebant et petebant, Cantiusq; pro maturando subsidio praesens iterum instabat, maiores illi copiae quam antea sunt decretae, missi sunt enim cum praefectis duobus Wolffgango à Montfort comite et Gregorio à Losenstain Barone, Equites mille sexcenti, qui postera die ut primum illuxit Viennam profecti, postea Neopolim, regijs equitibus, quos Cantius illuc premiserat, se coniunxere, et campi planiciem quae perpetuo tractu ad XXVI milliaria germanica extenditur, ingressi, continuato cursu, hostium vestigia legentes, Murz pontes et Graza Valeriae quam à Diocletiani filia sic dictam Ammianus refert Metropolim sunt preter uectis, omnibus curribus sine et impedimentis, misi quod Vngarica quedam vehicula Cotia à patria dicta, quibus commeatuum nonnihil uectabatur, eos à longe sunt insequuta. Nouus tunc et incognitus antea Germanis equitibus accelerandi iteneris modus ad inuentus est, quis enim credat equites Germanos ferramento et armatura graues, tam breui temporis spatio et non intermisso cursu tot miliaria potuisse emetiri, sed

Vincit omnia labor, nam nec die nec nocte ab eq̃is discessum, non castris locus datus, nõ somno aut aut q̃ieti tempus, donec hostis q̃situs, tandem est repertus, Turca nanq; Soleymannus etsi Caroli Imperatoris Cæsarisq; Ferdinandi aduentũ p̃cussus, summa trepidatione per claustra per flumina aufugisset, subsidia tamen quædam et ferentariorum copias normullas in gentes nostratum celeritate p̃euentus, post se in suam exercitusq; tutelam relinquere est coactus, quarum vna quæ et Tyrannum ipsum pone sequebatur, et cui Bassa quidam præfectus erat, in hos equites nostros incidit, trepidatum primo et mox correptis armis acriter vtrinq; concursum, cessi fusiq; momento Turcæ et Ducem hunc quoq; amisere suu,

Multi turcę cęsi

Paulus vagitus opima spolia de hoste ęso adsequit

Nam Vagitius Paulus illum primo visu agritum teli cuspide equo deturbauit, impetitum et humi deiectum gladio peremit, ocius resurgere nisum, caput huius lanceæ cuspidi præfixum diu circumlatum, et equo illius Ephippium totum aureum detractum, fræna quoq; et phaleræ vni, omibus et gemmis mirum in modum ornatæ, Victori belli iure tanq; Duci à Duce opima spolia adempta, Virtutis insignum conceßa, Multi tunc ex Vulgi fece honorem hunc Equia æmulis non caret Virtus ? Paulo inuidebant, sed nemo bonus, quis enim bonæ mentis, Viro tam bono et forti inuideret? Qui Thrax et patria exul pro nobis et religione nostra suos contra Thraces et gentiles tam fortiter depugnaret, Alia quoq; prædatoria manus, quæ numero iustum exercitum prope adequabat, eo uel repentino equitum nostratum aduentu ab alijs exclusa, uel Voluntaria malitia

alia manus turcarũ interrepta

et libidine prædandi impulsa, ad Lynthium usq; Harpiarum quodam more excurrerat, omnia Cæsaris Ferdinandi sub oculis incendendo & rapiendo deuastans. Scripsit igitur Ferdinandq; Cæsar, missis binis literis Principi Friderco, admonens me prædones istos cum tanto nostro discrimine diutius euagari paterentur impune, sed hijs procerum consilio properaret obuiare. Princeps per hoc quum antea quod Augustali rescripto, armis domet ipsius Maiestas adiecmret, reperare iussus foret, incertus satis, factus est magis dubius, Vt igitur quid huiusmodi rebus factu esset optimum ab alijs quoq; exquireret, indicto consilio proceres Viennam euocare iussit. Non conuenerant adhuc vocati. & prefectorum præsidij Legati aderant, qui ferentarios predones istos inter Chremsum nunc et Viennam obuersari indicabam, hijs duos exitus tantum ad effugiu patere, quos placeret positis illic præsidijs occludere, Ediuerso vero & ipse Princeps interim et prius q; legati isti aduenerant tres ex consultoribus belli ad Labascensem præsulem, Vt de fame inconstantia certum quid referrem, demiserat, qui quoniam ad thermas istas paduanas cum Latromie Comitis militibus in occursum hostis contenderat, Viennæ non fuit inuentus, sed no diu post literas ad Principem dedit, quibq hostes aciem Leopolim versus dirigere significabat, deprecans equestre quoq; hos contra subsidi

ũm, cũi à Principe quia quo hi cuasuri tandem
essent incertum, petita commode fieri non posse
responsum nam debilitatum satis antea persub-
missum Cantio subsidium Equitum robur, consul-
tius uideri Viennam ad indictum consilij die,
quo & Marchionem de quasto. Augustę Maies-
tatis loco Venturum speraret, conuenire, res enim
huiusmodi colloquio inter praesentes, tũ literis interab-
sentes commodius pertractari, et quia conuentus
iam instabat dies, Princeps prima luce de rebus
his, cum praesule illo atq; Marchione de Quasto, Pro-
ceribusq; aliis in medium consulturus Vienna
est ingressus, sperans et hos rebus communibus
no defuturos, sed iam diei multum processerat,
et tamen neq; Praesul, neq; Marchio, quamuis Proce-
res reliquiq; praesentes forent, coparebat, sed demũ
expectati multum missis literis se Venire non
posse excusabant, Alter quia hostis ad Thermas eũ-
pere conaretur, alter quia inuisu Caroli Impe-
ratoris atq; sine mandato comparere no liceret,
causam et rationem quaeritans et praetexens. Qua-
re indiscusso negotio Principũ illorũ ob absentiam
iterum discessum, ita et tunc penitus nihil actũ
nisi quod Marcomannorũ atq; Boihemorũ Du-
ces Zidislaus de Loypp, et Joannes de Berenstain
se ad omne obsequium Vna cum militibus suis
offerentes, à Principe humaniter sunt susceptI,
et inditia quadam Varia et incerta non vsq;
adeo tamen incertis autoribus de Turcarum
illorum exitu sunt allata. Nonnulli enim hos
in Viennensi saltu intra latibula ferarũ delitesce-
re, nonnulli eos ad Thermas Paduanas, uel Vi-
cum Theeskirchen eruptionem parare, quae om-
nia quamuis ancipitem Principis animum
in diuersum abriperent, eo tamen tandem,
ne vllam incuria sua praetermisisse videretur,

occasionem, impulere, ut peditum cohortes nonul-
las cum valida rusticorum manu quæ interciſis
arborum molib: ſaltum circumſeſſiret, propere de-
miſerit, atq; Pemplingero illi et Turco valę quos cū
equitibus ſuis expeditis et Latroniæ comitis militi-
bus Preſidij præfecti ad Thermas illas hoſti oppoſue-
rant, cōmūm procerū et belli conſultorum de-
creto Equites nongentos ex Boihemis Germanisq;
lectos cum peditum cohortibus octo in auxiliū
demiſerit, hisq; Brandenburgij Marchionem Princi-
pis Electoris filium, et Hoierum de Mandsfeld Co-
mitem, et Conradum a Bemelberg Equitem illum
auratum, qui olim clementem Sept: Pont: Max:
in ſede ſua tam immaniter perculit, præfecerit,
ipſeq; aſſumpta exercitus parte et Zydiſlao de Loypp.
qui mille et ducentos equites quum ſexcenti tan-
tum ab eo fuiſſent petiti ſecum adduxerat, montem
Viemenſem inter Vrbem et ſaltum eiuſdem no
minis medium ſitu ſpebora plenus inſederit, illicq;
per integra noctem quamuis durißimę pruinę
inſtaret tempus, ignibus ſine et lumaribus, ne qua
preſentiæ eius procul fieret ſignificatio, hoſtis ad-
uentu et exitum expectauit, ſed frustra, quare et
ſic tranſacta Vigilis nocte, ne ſuperuacaneis fati-
garet laboribus, militem in caſtra reduxit, Impera-
toriq; Augusto omnia hæc feſtina celeritate perſcri-
ſit, rogitans enixè, ſi quid Ma.tę ſua abſente contra
hoſtem hunc perpetratum contingeret, id pro in-
nata clementia animo æquo ſuſciperet, bonisq;
conſuleret. Belli nanq; fortunam non maturum
ſemper et quod è longinquo aduocetur conſilium
expectare, ſed repentinum potius et quod ſub ma-
nu ipſa (ut Scipio dicere ſolitus ſit) naſcatur re-
quirere. Sæpius enim pugnandum no quia velis
ſed quia neceſſitas impellat, hoſtis cogat, uel diſci-
plinę militaris ratio expoſtulet. Aduenerat non diu
poſt, Imperialis aulæ prætorijq; Præfectus Adriano
a Roij Comes, mandata quædam Augustæ Ma.tis,
de communibus belli rebus ſecum afferens, de qui-

1rę principis ad Cęſarē

Dns de Roy venit
ad Principem

bus cum Principe secrete et semotis omnibus arbitris
colloquutus, huiusmodi propemodum reportauit
Mos germanorū in rei consultare responsum: Quoniam moris sit apud Germanos
inueterataq; consuetudine receptum, res belli atq;
ad communem communium statum et Vtilitatem
pertinentes Vnanimi procerum consilio pertracta-
ri, haud iniquum sibi videri, easdem nunc quoq; hē-
roum illorum, qui Imperij atq; Mat̄is sue pro decore
ad tot et tantos labores perferendos huc aduenis-
sent, comuni decreto definire, sic maximū apud
hos si ueteri honore se dignari senserint, beneuolen-
tiam comparari. Et sic vix dum digresso comite
Adriano, a Marchione Joachimo ex Thermis Pa-
duanis rescriptum, certo per exploratores constare,
hostes triuium quoddam quo vel per Valerianos
ad Tergestum illud antiquissimum et nobile, uel
per Chenbergum montem hunc tediferum, uel
Suuarcacum amnem Vorticosum euadere liceret
occupasse, cliuium tamen anteriore et posteriore
quia Vterq; natura sua satis angustus esset, et vix
plaustro permeabilis a prouincialibus arborum
truncis et saxorum molib: precisum, medium ve-
ro presidio valido, vt his inde etiam nullus pate-
at exitus, insessum, oportere igitur cum toto exer-
citu priusq; hostis ille lubricus et inconstans iterū
elabatur tonestim et sine mora insequi. Prin-
ceps vt hec accepit, communitis castris et relicti
is presidijs quibusdam quia ea tuerentur, poste-
ra die secum multa equitum peditumq; ma-
nu Laxemburgum, mercatura boum insigne em-
porium contulit, atq; inde mox idem Marchio
ni de Cuasto qui cum Hispanis militibus adhu-
ui Peletini oppidum residebat, significauit, et
ut eo nunc usq; progressos hostes, quibus ipse oppo-
sitis undiq; et elocatis subsidijs effugia omnia
obstruxisset, iam tandem propelleret, nec pate-
retur eos cum tanto Hispanę gentis dedecore,
Hispanorū negligentia in Christi plebe diutius et impune ita pergrassari,
Sed ab illo quamuis rapi, uastari, ac depopulari.

coram pene conſpiceret omnia, contra hos actũm aũt
aũt geſtũm penitus nihil, quã aũtem ob ratione nec-
die ſatis conſtat, multi, vt eſt dicax militũm vulgo,
metũ id, multi inuidia, quia is vrgã Germanos pecũli-
aritẽr moueretur, factũm iudicabant, ſed an vera
id ſit, quũm et innocentũm militer proſcindere
famam ſæpiũs ſoleant, incertũ, hoc tamen certum
alterũm nec piũm ſatis, alterũm nec uſq; adeo mag-
nificũm, hoſtes vero cũm omne exitũm aũt fugiũm
intelligerent occlũſum eſſe, nunc hũc nunc illuc ui-
ma quæritantes, incerti et furibundi circũmfere-
bantur, quare Glogenitz primo, dein Biſtorphiũm, q
vſq; et Brandenburgij Marchio eos eſt inſequutus,
procurrebant, poſtremo etiam Loÿberſtorphiũm
quo et Princeps ſub media nocte, quũm et hos caſt-
ra ſua illic poſũiſſe exploratores indicaſſent, motis
propere ſignis eſt profectus, et mox iterũm et vix
dũm explicatis tabernaculis et tentorijs hoſtes adeſſe
compoſitaq; acie aduerſum nos contendere relatu,
quare et ad arma a noſtris conclamatũm, ſed va-
na trepidatione quorundam id factũm, nam et
hij nec illic diu perſtiterant. Miſſi itaq; ad explora-
da iuſſendaq; omnia ex nobilioribus equites quatu-
or qui uſq; Starckenbergiũm arcem progreſſi eos
in valle ima inter Altenmarckt oppidum, et Vi-
cũ Podenſtain ingenti præda omneſtes conſediſſe
comperierant. Sub idem tempus ſunt reuerſi,
nũciantes illos montiũm intra ſepta quæ ob an-
gũſtias nec equiti peruia forent, ſe occuluiſſe,
nec diu poſt Turco vala mille cũm equitibus ſu-
is quibus præerat, idem indicaturus ſuperuenit,
ob armorũm veſtiũmq; ſimilitudinem primo hoſ-
tis creditus, poſtea vero ex ſignis, quæ erorem no
ſtris aperuere, agnitus, unde et arma quæ miles
repentino tumultu arripuerat dato redeundi ſig-
no reposita, Quũm autem iam poſt multa diuẽq;
ſaq; explorationũm inditia certũm eſſet vbi nam
locorũm hoſtis reſideret, commodum Viſum Phi- Philippus de oberſtem
lippũm de Oberſtain Renenſiũm Ductorem cũ
expeditis cohortibus quibuſdam, ut ſi itineris cele-

Sebastianus Schertl
Hans Zeiler

celeritate atq; temporis oportunitate quid proficere
posset, præmittere, et huic tandem etiam quod cunct
ari aliquantulum videbatur, Sebastianum Shrertli
um Vindelicicq;, et Joannem Sayler Palatinæ cohor
tis præfectos, cum Veteranis trecentis in subsidium
et adferendam opem tarda manu et consilio promp
tos bellatores submittere, qui alto raptim agmine ad
Philippum statim noctis tamen sub conticinio per
uenirent, et hostis presentia animaduersa castrorū
situm et reliqua speculaturi per sentes et vepres atq;
alia siluarū abdita ferarum more reptantes, ad pro
cubitores ipsos in stationibus pro exercitu suo Vigilias
agentes penetrauere, ex quibus Vno, fuga sibi cōsule
ntibus reliquis, peropportune capto, quindecim tur
carū millia in Valle proxima castra posuisse, cog
nouerunt, ad supremas igitur Vigilias et eo vnde
intra vallum ipsu et castra prospicere licebat, pro
gressi, eos qui intra castrorum se munimenta con
diderat, adducta sagittariorū cohorte adoriuntur,
fundentes nanq; numeroso crepitu à bombardis ig
nitos plumbeosq; globulos, sterrentes passim atq; gra
ui somno oppressos et torpidos Turcas uel premebat
uel ad arma excitabant, qui conscensis raptim equis
ex ualle in montium cacumē prosiliunt, et structa
protinus acie, militibus nostris animo et impetu
ferocientes occurrunt, quos nostri studio quodam re
trocedentes extra siluæ fines, vbi cæteris cum co
hortibus Philippus ille de Oberstain constiterat tarda
ad paratas insidias pertrahebant, alacritate sum
ma etiam nonnunq; Sebastiani Schertlij illius et
Saylerij iussu, quorum industria hæc omnia age
bantur, tamdiu obsistenter donec à Sagittariis il
lis eminus configerentur, cecidere nocturno hoc
prælio, et prius q; ad Oberstainu fuissent protra
cti ex Turcis pene mille, nostratium paucis desi
deratis, Nam etsi sæpius contempta paucitate
nostra ad obtrendum tota acies in nos conuer
tebatur teretur, Sagittariorum tamen fortitudine
hæc semper cu clade quadam insigni et iactura
repellebatur, Et qm intempesta tam nox erat,
quæ rebus gerendis plerumq; est mutilis, armis

aliquandiú temperatu, ex acie tamen útrinq; nõ diſ-
ceßúm, atq; id tandem quod actúm, ad Prin cipem
ut ante abitionẽ cúm Schertlio conúenerat relatũ,
qui út primũ de ijs certior factús eſt, milites oēs
ſúb dilúculo armis et equis paratos cúm ſilentio pro-
ima in campi planitie adeße imperat, ut eos in de
ad loca inſidijs aptiora pro tempore, et antēq; hoſtes
latiús propellerentur, poßet elocare. Quare per eam
noctem equis nec ſella nõ frena detracta, ne equi
ti ferramentũ, Nam et Princeps ipſe eodem oneratus,
noctem exegit inſomnẽ, Homerici illius memor, nõ
decere primariúm Virũ, cuius curæ populoru múl-
titudo ſit comißa ſolidam dormire per noctem, præ-
ſertim cũ tot monẽta rerũ ex eius quoq; arbitrio de-
pendeant. Preterierat iam tertia Vigilia et aúro- Stratagema Principis
ra ipſa lucis aduentum oſtendere videbatur, datũ
eſt militibús per præcones tacitũ proficiſcendi ſym-
bolũ, nec mora, dicto citiús parent, et in conſtituta
campi planicie út iußi erant conueniúnt, habebat
hãc aústrũ verſus mõtium iuga, in quibús hoſtium
ac cohortium noſtrarúm acies útrinq; conſiſtebant,
à ſeptentrione flúmen quoddam et palúdem vora-
ginibús et limo profúnda et inúia, ab occidente
caſtra noſtra, et vallúm, atq; à regione et plaga
Orientali ſyluam denſa et ad tegendos pedites nõ
incõmode natã, quare tranſflúmen et palúdem
quæ ad effúgiũm ſola patere credebantur, Theodo-
ricũ Spet cúm leuis armatúræ Equitibús conſiſte-
re iúbet, Fúnditores vero ſagittarios et pedites nõ
múltos alios inter arbúſta iuſta ſiluam, ſe abſcondere,
Et dein ſeipſũ inter flúminis ripam mõtiúmq; ra-
dices, cũ reliqua exercitús parte mediũm conti-
net, út ſi quo hoſtiúm acies fúga inclinaret, eo ſe
opponere poßet et fúgientes intercipere. Quibus
omnia iam in hũnc modũ conſtituiſſet, Oberſt-
ainiũm et Schertlium rem cæptam telamq; ſe-
mel orſam, per remißum núncium peragere ad
monet, ac ſeßúm Vigilia et nocturna púgna hoſt-
em iterũ adoriri, Quoniam aut interim per nocte
vt eos ad ſtrúctas præordinatasq; inſidias facilq

Pugna ad Turris

possent propellere, atq; à faucibus montium si illuc re
dire forsitan niterentur arcere, cohortes suas post
hostium copias circumduxerat, terga illorum conser
in bombardarum glandibus tanq; imbre largissimo
iterum compluere sunt adorsi. Pepulere eos breui
ad montis illius quod iugo castris nostris imminebat
et unde in campos armis Virisq; fulgenter prospi
cere licebat, fastigium et cacumen, quare illi primum
conspectis agminibus nostris, velut viso lupo exani
mer et amissa Voce conticuere, mox vero et postq; spi
ritus redditi, sublato ingenti et ad sydera usq; clamo
re, barbarico ritu ferale quid ululare, atq; tum etia
ueteris militiæ memores et in cuneos arctius con
stipati, suspenso pede et animo, effugium circumspi
cere. Iussit hos Princeps inter spem metumq; dubios,
excussa campestri machina primum excipere, et no
dum post fulmine hoc territos, dato per lituos tu
basq; dimicationis signo inuadere. Impetiuit illos
primum Boihemorum atq; Slesitarum equitatus inua
dere quæ ad signa cursoria ut nostri appellare solent,
à fronte agminis principalis constiterat. Deinde
et ipse Princeps Phalange sua et armatura graui
magnanimiter et acri impetu concurrens. Quare
fuga Turcarum certamine pario in fugam fœdam uersi totis cam
pis palantes, nunc huc, nunc illuc sunt circum
acti, et demum etiam quum omnia effugia insid
iis preoccupata et occlusa intelligerent, deficien
tibus pauore animis per per omnia arcta prærup
ta q; uelati cæci ruentes, in flumen paludemq; pci
pitabantur, ubi pars quadam profundis gurgitib⁹
hausta submergebatur, pars alia relictis equis, reiect
is sarcinis et uestimentis, atq; solis armis quibus
se tutari posset aliquandiu retentis corporibus ru
dis enatabat, multis tamen limosa paludis uada ob
stitere, omnemq; fuge spem ademere, herenter enim
illic tanq; pedica irretiti et ocyus se inde explicare
nequeuntes, ab equitibus peditibusq; nostris, qui una
cum Spettio illo ultra flumen subsederant, truci
dabantur, quos et Princeps quoq; ipse quum eos co
tempto omni discrimine Vitæ in diuersam flumi
nis ripam emiti, seq; iterum conglobare animaduer
tisset, traiecto statim amne est insequutus, et conti

tũato cúrsú, núnc à fronte, núnc à tergo et latere
fortiter insistens per miliaria duo germanica impel-
lebat nec antea destitit, donec cædibús et vúlneribus
abúnde satiatús, ad Marchionis illíus à Brandem-
búrg militer protrúdisset, qui etsi rerũ harũ peri-
tus ignarus, casú quódam fortúitú supervénissent,
intermissúm tamen iam reintegrábant prælium.
Cæsús est túnc itẽrũ magnús hostíum númerús, et
magna túnc quoq; Marchionis antiquós aúos et pro- Marchionis Brandenby
aúos manú et fortitúdine referentis emicúit Virtꝰ, Virtus
nõ solúm enim is inter primos dimicabat acriter,
Verúmetiam et ad id faciendúm cõmilitones súos,
verbis adhortabatúr, et exemplis magnanimiter ad-
monebat. Restabant iam paúci quídam quos equórũ
velocitas tútata manibús nostrátium eripúerat.
Dijs Jmmortalib: forsitan ita volentib: Vt victoriæ
ac gloriæ hújus omnes nostri fierent participes, nã
nebúla quæ repente et saltús et campos omnes cir-
ca intexúerat, eos ad Cantúm illúm atq; alios hero- Turcę fugientes in
as Wolffgangúm à Montfort et Gregorium de Lo- Catzianerũ incidunt
senstain qui cúm copijs auxiliaribús fugientis Tyra-
ni recentia vestigia erat insequúti tanq; ad aras
Taúricę Dianæ, aut certũ quódam mactationis de-
dúxit sacrificium, nã et illic, vel ab equítibús illis,
Vel à Colonis et agricolis ita cæsi et extincti súnt, út
e quíndecim millibus istis, ne Vnús quidem qui
cladis núncium ad súos referret superfúerit, capty
enim, et ex his ob peculiare Proúincialium in Tur- Turcę omnes exst ad
cas odium penitus nemo, Signũ vnũ púpúrei vnũ
coloris ereptúm, Caroli Jmperatori in honorem
et victoriæ symbolúm oblatúm, à quo múlti quó-
rũ virtús eo in prælio ante alios fúerat insignis
dignitate equestri aúreisq; calcaribús súnt dona-
ti. Captíui múlti quorũ & túnc quoq; quos Túrcę
solida pro crúdelitate nondũ erelaúerant, recep-
ti. Preda omnis, quæ tamen perexigua fuit, mili-
tibus concessa. Fuit hæc victoria nostris omni-
no mcrúenta, Nam præter únicum equítem
Aymúhim Vúlgo Lemle, toto exercitú desideratús Lemle desideratus
est nemo, Videbatúr Princeps hanc Hieroglyphi-
co quo Vexillúm súum atq; labarũ post súsceptam
præfecturæ Jmperium inscribi voluerat præaúgúra-

Signũ Principis in vexillo De celo victoria

tur, quia in hoc angeli imagine, dextra macheram, sinistra vero schedam quandam huiusmodi cum inscriptione (è cælo victoria) ferentem parare iusserat, Turcarũ cadauera ob diuitiarum sitim quas illis absorbuisse ferebantur, (heu pudet aiia vitia) incisa, sed hi stomachi in penetralibus nil nisi uuarũ baccas et granula quædam habere sunt inuenti, ea famis vehementia, Mahumeti sui contra legem qua ab omni vini vsu arcent, insumere compulsi. Quonia et prophana et fœda omnia in usum conuertere necessitas coegerat. Acta sunt crudelia hæc a gregariis nonnullis, de nobilioribus enim atq; veteranis, quod vnius probare exemplo sufficit, longe aliter constitit. Fuit hoc

Perstrutata Turcarũ viscera

Sebastiani de Fleckenstein probitatis exemplum

in conflictu Eques quidem Germanus, Sebastianus de Fleckenstain, nobilitate reiq; militaris peritia insignis, cui inter dimicandum, turca quidam sacculum nummis plenum veluti redemptionis pretium quum obiecisset, equi ex sella in quam sorte quadam deciderat, hunc tanq; victoriæ remoram indignabundus reiecit, ad Diem Vestrum hinc abiturus, inquiens, diuitiæ, nõ enim hic aurum diuitias aut alia huiusmodi irritamenta malorũ quærimus, sed virtutis præmiu potius honorẽ et gloriam militare, multa tunc Turcarum Saracenicis literis conscripta apud interfectos reperta sunt monumenta, horũ elogia siue testamenta, quæ hij ob instantem metu, quemadmodu olim ad Vesuntionẽ Romani sub Cæsare Julio, in castris antea obsignastent credita, fulgentem Iyramnum Luer ingens sequuta, eum maiori suorum clade, quam antea priori profectione asseit, relatum nanq; tunc vltra centũ et quinquaginta hominum milia: Numinis diuini ira fuisse peremptã: nõ mirũs ea tum quoq; quia etiam olim sub Senacherib rege, quum angeli manu una nocte octoginta quinq; milia ceciderentur seuiente. Cecidit per idem tempus è cæli summitate plurib⁹ in locis ingens ignis vis, quare à multis creditum, supremu mundi instare diem, quod Adamus Ptothoplastes, vt Josephus

ingens mortalitas in castris Turcarũ

Signa de celo

phus Judæus testis est, hunc etiam sub igne aliquando
peritúrum retúlisset, et Cometa proximis tribus an-
nis et singulis qui profectionem hanc præcessere, na-
turæ suæ secundum rationem Septentrionem ver-
sus, regnorum mutationem significans, apparere vi-
sus, Et Dracones numero multi, diuersi tamen co-
loris, per summitatem aëris tunc quoq; volauere,
Boiheniam petentes, spiritus immundi kakoq; De-
mones, quia hi Philosophorum iuxta sententiam mi-
grare nonnunq; locum, immutare soleant, existi-
mati. Parta autem Victoria hac ad castra quæ Hasta
rorum agmini asseruanda interim commendata fue-
rant, reditum, et dies una ad quietem reficiendaq; cor-
pora militi concessa, Laxenburgu toto cum exercitu
quem secum adduxerat Princeps, repetitu, quo et Phil. Philippus Palatinus
ippus Princeps ex fratre Nepos et Consanguineus, cum nouæ Cæsaris petit
Eckhardo de Roisch equite aurato nomine Augustæ copias ad Strigonium
Matis congratulatum Venerat, et petitum, Vt Strigo- duci vt obsidione
nium oppidum quod Cepusij Comes Viribus ingentibus liberaret[2]
oppugnabat missa copiarum exercitusq; parte vi
eximeret, Obsidionemq; arctissima qua premeretur
quamprimum liberaret, Legatis Vero quia Impera-
torem Carolum una cum fratre suo germano Cæsare
Ferdinando Viennam appulisse constabat paucis, Mati
Vero suæ coram postea concordi procerum hunc prope
in modum responsum. Nemini in hac tam insigni Rnsio Principi
Principum omnium procerum ac militum corona esse
qui Augustissimæ Matis suæ Imperium no summo stu-
dio ueneretur et adoret, id enim sacrosanctum habe-
ri et iudicari apud omnes, quauis etsi profectio illa
sera nimis iam et eo tempore, quo Veteres Roma-
ni milites suos olim ex castris ad hyberna deducere
sint soliti, appareatur, se tamen omnes ad quoduis peri-
culum pro Matis suæ et Imperij honore et gloria sub-
eundum, esse paratos, dummodo omnibus una con-
iunctim ire atq; toto cum exercitu illuc traijcere
liceat, et reliqua omnia quæ ad huiusmodi profectio-
nem sint necessaria maiori cura et diligentia q;

antea prapareti, periculosum nanq; esse, hosti se tam
acri et seuero negletis omnibus sine quibus nullum bel,
lum recte suscipiatur, tanq; prædam quandam certam
indubitatam objcere. Quamuis aut Imperator pro
mittendo saltem exiguo aliquo Strigoniensibus subsidio
iteru instare decreuisset, Principis tame consilio de,
stitit et quieuit, indicantis si Strigonium ipsum eo vsq;
furorem hostilem et impetum, quo illuc exercitus
aliquis uel subsidium traijcere tuc, sustinere posset,
id et postea hyemis beneficio sub qua omnis oppugna,
tio inutilis plerunq; esset et intempestiua, tutum fo,
re et inexpugnabile, Principi dem a Carolo Impera,
tore de Cæso fugatoq; tanta felicitate hoste gratiæ in,
gentissime actæ, Duces reliqui, tribuni, Proceres cast,
renses, et milites vna omnes laudati, quod patri,
am communem et Imperium tam insigni opera sua
tutati essent egregie et adiuuassent, et ita missione facta,
cunctis abire libere concessum. Debebatur quidem
ob rem bene feliciterq; gestam Militi laureus, Princi,
pi Thriumphus, sed quia no idem hodie, qui olim
virtuti habebatur, honos, illis nec vllus decretus est.

Diste ſtrus Principis amarulenter a Cesare

Imperator autem redire in Hispaniam multum pro,
perabat et per Carinthios atq; Italiam iter dirigebat,
Quum Vocatum ad se Principem in hæc verba adlocu,
tus est, Redeo Comes Palatine in Hispaniam ad Vx,
orem, à qua nunc in quartum annu absum, vt qua
sunt boni mariti prestem offitia, Interim rogo vt res
fratris atq; Imperij quemadmodum hactenus, co,
mendatas ac curæ habeas, ego ero semper tibi bonus
consanguineus et Imperator, Ad hæc Princeps, Ego
inquit Imperator tuum institutum Vehementer
laudo et adprobo, Ceterum res Imperij alteri comitte
potius, necesse enim est vt alia imposteru cure,
et mihi cauea ab his, qui no solum mihi res perdi,
dere, Veru et in periculum nominis et famæ dedu,
cere conatur, Qui hoc inquit Imperator pallidior
bizo, Quia inquit Princeps collatoru totier in te,
et tuas meorum officioru ne dica beneficiorum pa,

ẽu memor nũc abis, et fidem meam apud Colo-
niensem pro te oppignerata lúdibrio et in extremo
discrimine relinquis, Vocatúsq; ab illo ab hac par-
vtili mihi expeditione me illi sistere et quas prescribet
conditionibus obedire, donec extremum quadrantẽ
persolúerim, et quia in cere meo nõ est de corpore
periclitari cogor, Absit hoc Inquit Imperator Vala-
tine à me procúl, ego citiús indúsium meum diúen-
dam, quam tesmam in has angustias mea caúsa
deuenire, his dictis discessérunt, ambo tristes et pal-
lidi, Imperator, quod Vere sibi exprobratum cogno-
ceret, Prin ceps Vero, quod frustratum se tam
multiplicj spe et promissis recordaretur.

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRINCIPIS FRIDERICI, CO: PAL: RHENI DVCIS BAVAR: SAC: RO: IMPER: ARCHIDAPIFERI ET PRINC: ELECT: LIBER NONVS:

Princeps petit filiã Ducis Guisij

Superiore libro diximus Inter Electorem et Principem conuenisse Vt Doctor Hartmannus Cancellarius et ego in Galliam proficisceremur ad petendum filiæ Ducis Guisij coniugium, dieq; dicta erat, ad quam Regem conuenire deberemus, Cancellarius interim ad Norum forum dispositurus de rebus domesticis concesserat, Ego Heidelbergæ recta peto, reuisurus meam familiam et curatorius Vt Elector literas credentiales et instructione nostra signaret, quo aduenriente Cancellario nulla mora proficiscendi fieret, Verum res longe aliter euenere, communicauerat enim interea Elector negotium suis consiliarijs, qui no solu adprobabant, sed me et Cancellarium diris execrationibus impetiuere qui dati consilij adiutores fuissemus, tantuq; abesse Vt Elector in sententia persisteret, Vt etiam mihi famulum et equum quo profectione impedirret, adimeret, Dubius quid facere Cancellarij aduentu expecto, cui et plura exprobrata sunt, quare inter nos conuenit Vt conducto equo et Principis tabellario comite in austriam me conferrem et protinus illum de omnibus comonefacere, Magnis itineribus terra et flumine Danubio ad oppidu Ips, peruenj, Vbi rumor increbuit de Turca cesso et fugato, dimissoq; nostro exercitu, Soluimus mihilominus à media nocte et mane facto Videmus magnas militum gregariorum turmas aduerso flumine properantes, à quibus de ijsdem certiora accipimus, et praterea Principem in dimittendo milite adhuc Viennæ detineri, quo recta ferimur,

Heidelbergen consiliarij non probant legationem in Galliam

Ips oppidu

F non

et illũm in sũo diuersorio requiro, Vbi mihi dicitur
ante sex horas discessisse et ea nocte quatuor inde
miliaribus pernoctaturum in pago cui Stockrau Stockerau pagus.
nomẽ est, Nox adpetebat neq; tutum erat ea illũi
equitare, et manere in eo diuersorio inter centum
Valetudinarios militer parum adlubebat, ceterum
parendum fuit necessitati, primo statim diluculo
conscendo equos et per densissimas peditum atq; equi-
tum cohortes penetro, et ad Stockerau perueni o
Vbi peste Vehementer laborabatur, quare Principe
prepropere inde abijsse dicebant pauperes incolę in-
certi quo se contulisset, mihil edulij mihilq; pabuli
sibi esse adseuerabant, quapropter dubitabundus pa-
rumper subsistebam et à comite meo Consiliũm
petebam, quo prorsus se carere dicebam respondebat
quum ecce casu famulus Principis quidam superue-
nit qui mihi monstrat casam in qua cũ pauciss-
mis illum calculo laborare aiebat, accedo lętus et
illum pessime affectum inuenio, qui inopinatum
meum aduentum admiratus et causas sciscitaty,
cuncta Vt contigissent ex ordine refero, ad quæ ille
gemebundus. O. Heidelberga Heidelberga inquit Heidelbergen offerentem
quando tandem sapere disces, aut cordator viros sese fortuna semper
habebis, qui sponte sese tocies offerentẽ fortunam repellit
recipere non reformidabunt, sed de hijs alias post
Dei beneficio conualuero, Sequenti die meliusculę
habens per Regnum Bohemia et ea loca quæ mi-
nimũ militum haberẽbatur licet infesta Vndiq;
peste iter ingredimur, et tandem fessi ad nouum fo-
rum peruenimus, Vbi Electoris Marescalcus Guil-
helmus ab Habern aduentu nostru prastolabatur,
qui Varijs modis eundem Electorem excusare tan-
dem illi se persuasurũ recepit, vt bona Venia eius,
Principi liceret in Galliam mittere, et tentare Re-
gis animũ, quo intellecto quid faciendum, delibe-
raretur, preceßit ille, ego ad Heidelbergam subse-
quor, Vbi nomine Electoris mihi dicitur, licere
nobis quibus bonis proficisci, Principis Friderici
nomine, de Electore autem ne verbum quidem

facere deberemús, qui sciret Imperatori et Regi quos ipse sibi dominos elegisset, non placitúros in Gallia Principum Germaniæ affinitates, et múlto minús confederationes, Quapropter prúdenter ageremús, et ne domúm Palatinam in aliqúod discrimen nostra legatione conjceremús, etiam atq; etiam prospicereme.

Discedo haúd admodúm lúbens et Argentinam me confero, Vbi me expectabat Cancellarius, deinde per Lotharingos Cathalaúnos et Remos ad Sueßones iúna tendimús quo aiebant Regem se recepisse, et Venationi operam dare, postq; eo perúenimús, intellexímús illúm circa compendium progressúm, et incertúm quorsúm inde tenderet, quare ad Commestablúm, nostrú adúentú scripsimús, et qúid agendú nobis indicari petimús, Jlle Sylvanectúm oppidú decem á Parrhisijs miliaribús Vt nos reciperemq mandat, Venturúmq; ad nos ibi Oratoris Regij Dñi à Veli Secretarium Florium nobis notúm, qui nos ad Regem dedúceret, qúum illi Vt nos aúdiret cómodúm foret, Sylvanectí Vt scripserat omnia inúenimús, Rex post Vnú atq; altérum diem ad Chanteli arcem Commestabli Vno miliari inde distantem Venit, qúo cotidie comeabat Florius, Vt Volúntatem Regis de nobis expiscaretúr, Verúm de die in diem alias atq; alias excúsationes adferre, núnc Regem aúdiendis hijs atq; alijs excúsationibús legationibús occúpatúm, et rogare ne morá egre ferremús, ei displicere nos eo tempore adúenisse, qúo illi nobis bene excipiendis nó vacaret, núnc feriná núnc pastillos mittere, bonoq; animo nos este iúbere, qua omnia etsi pro arbitrio Regis nos factúros libenter responderemús, tamen suspecta habebamús, Post septimúm tandem diem ad eandem arcem Vocamúr et ad Regem perdúcimúr, Jlle blandissimo nos excipiens vúltú, lectis nostris credentialibús, qúas solo Principis nomine quasi stúpidús scriptas, dicebat, orationem prosequitur et inquit, Venitis à Consanguíneo meo Friderico Palatino, et qúamobrem, iam dúdúm rescio,

Compendúm oppidúm

Florus Secretarius

Chanteli arx

gúare gratißimús est mihi Vester adúentús, et qúo
poßim Vos meliús aúdire et Vobiscú communicare,
Secessite ad Parrhisios, comite Florio, qui Vos bene
tractari cúrabit, interea Videbo Vt de Ferina Vobis
nihil desit, licet hic tam copiosam qúemadmodúm Vos,
Vt mihi dicitur, et ego Videre perciperem, circa Heidel
bergam, nó habeamús, discessimús leti, et nos Parrhisios
contúlimús quo et Rex Vt nobis dixerat aduenit, nem
pe ad diem Secúndam Decembris, seqúenti Vero ad
comestablúm et Episcopúm Parrhisiensem Vocamúr,
et caúsam adúentús nostri exponere iússi, Dicimús,
Ex conúentione Oratorúm Regij cú Principe, Venire
nos petitúm Ducis Gúisij filiam maiorem natú pro
Principe in cónjúgem, ad Hæc respondit Comestablús
se à Rege ex Britannia ad constitutam diem in me
se Septembri núper prætrito Aurchiam missúm, cúm
pleno mandato tractandi de hoc negotio fúisse, ibiq;
se per dúodecim dies nostrúm expectasse adúentúm,
neq; toto eo tempore qúenqúam apparúisse, sed ne lite
terís qúidem caúsam moræ intelligere potúisse, qúod
si comparúissemús, confectúm istúd negotium ex
sententia iandúdúm haberemús, Vtcúnq; tamen
de beneúolentia Regis erga Principem nihil esset im
minútúm, qúare nihil restaret, nisi Vt de more de
dote tractaremús, et qúantúm peteremús, declarare
mús, Respondimús, Principem Vltra ea qúæ Polli
citus esset Rex, nihil exigere, qui se qúa eligeret de
tribús dotatúrúm promiserat, Vt Vna ex propriis
filiabús, qúapropter nó dubitaret tanti Regis filiam
nó sine magna dote elocatúrú, Illi ea Verba inter
pretari incipiúnt, et dicere, Regem rebús ipsis q
promiserat confirmatúrú, datúrú nempe filiæ Do
mini Gúisij, triginta milia coronatorú, et in aúgme
tú dotis graciam et beneúolentiam additúrú, qúæ
longe plúris Veniret æstimanda, qúam Vlla pecúnia
rúm súmma, ita solet ille dotare et elocare filias suas,
Solere enim patri ab eo amicitia et affinitas, et qúæ in
de sequerentur commoda nó Vis pecúniæ, felixq;

æstimaxi in Gallia cui Rex faueret et bene velit, ne dum is qui illi sanguine uel affinitate iunctus foret. Quum autem ea vera esse affirmaremus et propte rea Principem nostrum postpositis pleriscq; alijs, has nup tias adpetere allegaremus, et omnino Voluntati Re gis se subdere, multiq; dies disputationibus de recipro ca dote, de donationibus ante nuptias, alijsq; huius modi tererentur, et Videremus illos subterfugia que rere et tergiuersari, rogaxemusq; Vt semel concludere retur, tandem Comestablis ad Episcopum, quid inquit, eos diutius suspensos detinemus, quin potius reuellamus quod supereuenit impedimentum, Dum Vos uenire ad statutum tempus cunctamini, et Rex de Voluntate Principis Vri hesitaret, necdum Duci Guisio nisi certus quicq; hac de re cōmunicatum vellet, Ipse Dux eo inconsulto filia suam Principi ditissimo et florentis ætatis Duci Longæ villæ desponsauit, licet autem Rex egre ferat, retractareq; factum iubere posset, quia tamen Dux Guisij ex Principibus Lothoringiæ et Imperij Vnus existeret, nollet tanq; inter suos, Regia Vti authoritate, sed aquita illum libertate frui sinere, quam dicuntur in filios habere qui Romanu agnoscut Imperiu, Gallis idem priuilegium no admittitur, qui prorsus subsunt Regiæ potestati. Nec ob id ipsum tame inuolligere debereмus Regem de suo proposito et bona Voluntate erga Principem nostrum uel minimu remittere, sed potius continuare et augere velle, co stituisset omnino, quamprimu, siquidem Velimus, quia cu ista puella no processisset aliam aggredi viam, nesse tractare et concludere de Sorore Regis Nauar re, Isabella, puella pro Principe ætate et moribg conuenientiore, Vt pote quæ attingeret trigesimum annu, haberetq; paratu dotem sexageinta milia coronatorū, essetq; fratri Regi vnica filia heres, quæ si casu moreretur, Vt sæpe in pueris euenit, tota fraterna hereditas cum regno Nauarreq; ad eam deuolueretur, et re pictaremus eu pau perem Regem fore, quia Regnum eius ab Imperca tore occupareture, haberet adhuc in Gallia singu

Galli filios m ptate non habent

bis amis, coronatorū milia, et nūperrime captūs
cū Rege in Italia, solūißet pro redemptione eam
summā, Vxor vero Ducis Ferrariae soror Regina
defunctae non tantū dotis ad Maritū suūm attu-
lißet, Quapropter deliberaremus, et occasionem
quam fortūna dedißet ne negligeremus, Respon-
dimus nos itērū Regis propensum animūm erga
Principem amplecti illiq; agere ingentes gracias, ce-
terū quia mandatum nostrū tantūm de filia Du-
cis Guisij mentionē faceret, referremus ad illum,
quem nō dubitaremus Voluntati Regis quantum
in se foret paritūrum, Rex nos collaudatos laetus
dimisit et vnicuiq; nostrūm auream chatenam
Valoris ducentorum quinquaginta coronatorū
donauit, seq; mißūrū hac de re propriūm oratorē
ad Principem pollicitus est, et ā cena apud Episcopū
laute tractatos ad choream vbi Nauarra Isabella
splendidißimis ornata vestibus erat Duci fecit, et
inter saltandū ne nos quicq; de cuius pulchritudi-
ne latēret, colli ornamentum per quendam nobile
ex composito detrahi iußit, vt candidißima cerūix
et turgidula ubera, collumq; lacteum nobis apare-
rent, Sequenti die hilares discessimus et ad Stouī
fortū ad Calendas Januarij Anno 1533 peruenī- Annus 1533
mus.

Non accepit haec graūato animo Princeps ea mēte Princeps de spe de-
semper praeditus, vt ver quidem magno labore multis iectus facile oblivi-
Vigilijs Varijsq; sollicitudinibus nec paruo sumptū in- scitur
ceptas uel attentatas, si nō succedereut, in mometo
excūtereat, et penitus oblīuiscereturē, modo aliquid spei
adijcereturē in quā cogitationes suas reijcereat et tempg
aliquandiū falleret, quod ipsum saepe illi magno
constitit, neq; admonitus abstinebat, quemadmodūm
in hoc negotio, Etsi enim illi allegaremus Gallorū
mores ad fallendum multum propensos, item luxū
et leuitatem, et quam male audirent etiam prima,
via femineq;, nihilominus pro clementi suo ingenio
omnia excusare, et ab ijs, gallis huiusmodi imurere,
qui inter homines non vixissent, exteraq; natio-
nes nō amaret, et praesertim Germani, qui nihil

probare solent, nisi que ipsi assúeuérunt, Vt nō immerito abierit in proūerbiū, Vt Lúpum canis, sic Gallum germanus, ōsse quoq; aliquando existimaße qúūm primúm Venißet in Galliam, Vidißetq; múlieres palam nō vereri admittere deoscúlationes Viroru, et sínum manus inflictiones, ad reliqúa faciles fúiße, quas postmodū constantißimas in seruánda púdicitia deprehendißet, Ita et de Ysabella Naúarra falso vel male súspicarí poße, haberet Regē fratrem, et illíus Vxorem matronaru decús et dei amantißimam, qua proculdubio eam diligenter obseruáret, et nihil eorúm qua Vúlgus immúrmúraret, permitteret aúb patretúr. Quapropter hijs minime obstantibús, tentare hanc quoq; fortúna, et nō asperuare Regis benevolentiam sed iterū experiri decreúißet, et his dictis me confestim Spiram remisit, Vt adúentúm Regij Oratoris, sicúti in gallia inter nos cōuenerat ibidē expectarē, Isthúc ipsum scripsit ad Fratrem Electorē et me Vt eguis et famúlo iúuaret, rogaúit, sed tantū abest út fecerit, Vt etiam mihi famúlum ademerint consiliari; et Vetúerint ne ipsi Oratori iter per Hai, delberga facere permittere, imo graúatim per Electoris ditiones idipsúm patretúr et admißúri eßent, Quid facere aryúis et sollicitús ad mediúm Vsq; Jeiú, nij illúm expecto, et per Varios anfractús, locaq; inúia ad Principem perdúco, Is erat nobilis quida Regi à Camera, nomine Guilhelmús ab yßernay, habens ab Vtroq; Rege mandatu tractandi de matrimonio inter Principem et Ysabellam Naúarram, qúūm aūt múltúm sermonis cúm eo habretetúr de dotq certa, et per quem soluerētúr, deinde de súccessio, ne et plerisq; alijs, confessús est de hijs nō cogitatum, quia certum nō habußsent Reges Naúarre et Francie an ipse Princeps consensúrus eßet, in hoc matrimoniúm, Verū velit preproperē redire in Galliam, et de omnibus certum breúi referre responsúm, quod admisit Princeps, et donatum púlcherrimo ense, cúius manúbrium ex aúro fabrefactū, Valoris ducentorúm ducatorúm erat dimissit.

f in

Princeps potere sorore regis Nauarre denúd

Orator regis Guilhelmg ab yßernay

Congressus regis Franciæ et sūmi Pontificis

Interea dūm abit ille et in Galliam redit, Rex longissime abscesserat, nempe in prouinciam Narbonensem, in ea parte quam hodie lingūam occitanam vocant, vbi est Nemausus praeclara olim Romanorū Colonia, et Mons pessūlanus nobile medicinæ studiis oppidūm, Vnde clementem Pontificem Maximum Massiliam in colloquium accersiuit, et collocata eiusdem Pontificis neptis in matrimonium suo filio Duci tūm aquitaniensi, nunc vero Francorum Regi, Clandestina fœdera, simūl mierunt. Rex vero Angliæ repudiata vxore, Cæsaris matertera, arctissimo vinculo amicitiæ Gallo se coniunxerat, vt alter sine alterius consilio nihil faceret aut moliretur, et ideo per suos Oratores nihil nō faciebat, quo Rex Franciæ ad Principis nuptias animum cum illo conciliandam animū intenderet, Quapropter cum redire ad se prædictus Orator Guilhelmus ab Yserna nimium cunctaretur, et literis admoneret, respondereret Regem vsq; adeo nouis confœderationibus impeditum, vt huic negotio hactenus vacare non licuisset, bene tamen se sperare, decreuit me in Angliam mittere Princeps, hoc quæsito colore, vt dicerem me eo ad Regē missum, quo illi reuocarem in memoriam, bello preterito ipsum Venisse in castra sua, militasseq; ei multo stipendio ad tempus, omnes donatos dimisisse, sibi vero ne gratias quidem actas, quod nō industria sed obliuione in tanta illustrium Virorū turba obmissum interpretaretur, quia vero pluribus alijs magnis Principibus seruiisset, à quibus omnibus in rei memoria aliquod donum accepisset, quod in armario quopiā conseruaret exteriusq; se inuisentibus ostenderet, cuperet etiam vt Regia sua dignitatis id exiguum munus inter cætera ponere monstrare, et tūm demū putaret sua obsequia illi fuisse grata, et armorū quæ Rege regante sibi dono dedisset, memoria nō excidisse, Deinde si forte Rex interrogaret de rebus suis quomodo in Gallia haberent, debrem illi omnia declarare, et desuper mentem eius intelligere.

Rex Angliæ repudiat suā vxorē

Hubertus in Angliā mittitur

tempestas magna

Vt ad portúm Jciúm qúem núnc Caletiúm appellant, circa septimũ Calendarũ Nouembris Veni, tanta exoritur repente tempestas, et Vis Ventorũ ab Occidentali plaga ingrúit ingens, Vt intra octo dies nemo fúerit qúi se Oceano cõmittere áúderet, qúúm et alias negent circa festúm diúorúm Simonis et Júdæ inuenire qúi transfretare velit, nisi extrema pene cõgerit necessitas, qúúm per hosce octo dies narrabant mihi in eo transitú sedecim naúes periisse, equibus tres ante ocúlos meos impegisse confractas prorsús, in eo loco vbi dicúnt Jciúm olim fúisse portúm inter Caletes et Graúelingã, Vidi, Nihilominús morę impatiens propriam naúem et Júuenes naútas qúi se periculúm intrepide mecúm factúros spondebant, condúxi, Vnicúm Jnuenio comitem Anglúm Gallice scientẽ, qui ad Regem proberabat et forti animo esse iúbebat, presertim qúia lúna plenúm orbem habens altiús mare promittebat, Solúimús à portú circa horã nonã decimam tranqúillam et silenti Cælo, qúúm aũt miliare Germanicũ, ut dicebant promoúissemús, incepit Oceanus sese attollere, et nos in altúm iactare, Vt aspiciens tũmeter Vndas, excelsos mõtes circúmstare pútaũe, Naútæ nihili facere donec ingens Vis aqúarúm in prúppim fecit et pene nos obrúit, tũc illi misericordiam Dei et sancti Jacobi altis vocibús inuocare, crines trahere et nos perditos Vociferare et procúl dúbio contigisset, nisi Anglús quem modo dixi correpta fúnis particúla, Verberare nebúlones, appellare naútas, seqs eos occisúrũ, nisi officium quod monstrabat sine mora exequerẽtur, minitari incepisset, mihi naúseabúndo ad modúm sentinã exhaúrienti modũ docúit, ego sedúlús et inscius qúid agere múnús meũ officiose facio, per totam ferme noctẽ et donec apparẽte lúcifero inceperũt cessare Venti et remittere, vnde nobisqs albi anglię montes apparere, tactisqs tũm Anchoris nos qúieti dedimús, Vt illúxit dies, nos procúl à petito portú Doúere

aberraße, et Jnſúlam qúa tenet appellant Sanctúmq; olim Tholapis
Vitúm in Conſpectú habere ánúnciat, paúlatimq; lit
torq; admoúentes natúm, ſignú dant ínſúlanis vt
ſcaphis nos indúcerent, quia ímportúoſa eſt ipi an
glia, deínde á ſcaphis acceptos collo in terrá deponút,
et mgr aſcenſis equis eo die intempeſta nocte Lúndi
núm perúenimús, Sequenti qui erat omnibus ſanctis
feſtús, meús Comes Regi índicat meú adúentúm,
quo múltúm exhilaratús, Domino Thomæ Cromwell
Equiti Cúſtodi priúati Sigilli Principali Secretario et
Regis Vicem gerenti in ſupremitate ſúb Chriſto Eccle
ſiæ Anglicanæ, cómiſit vt me pro Regia ſua digni
tate honorifice tractaret, de hoſpitio et omnibus reby
neceſſariis prouideret, et diſponeret, quod ille adeo di
ligenter et officioſe fecit, vt plúra nó poſſem, ſi mag
nús quiſpiam dominús fúiſſem, Vocabar a magnati
bús núnc ad prandia, núnc ad cœnas ſúmptúoſiſſi
mas, matronæ me ad ienitacúla, ad merendas Vo
care, et nihil preteremittere, quod ad Voluptatem et
exhilerationé facere potúiſſet, qúúm aútem me ex
cúſarem, et tantis honoribús indignú dicerem, reſpon
debant eúm qui me miſiſſet longe maiores mereri
et Regem ita Velle, Ceterúm á mercatoribús acci
piebam eúm ſibi timere ab Jmperatore, propter dimiſ
am materteram, nec múltúm confidere Gallo, qúi
cum Pontifice fœdera iúnxiſſet, quem etiam ob ean
dem caúſam, et mútatam Religionem reformidabat,
et ideo amicitias in Germania Velle qúærere, qúi
bús confiſús, et aúdacior factús, liberiús cúm Re
ge colloquebar, qui me ſúbinde accerſiri iúbet, at
múltúmq; et diú mecú confabúlabatúr, interdú
ſedens interdúm deambúlans, Qúúmq; ſe probe te
nere diceret, quid nobiſcú in Gallia actúm eſſet,
accúſabat Regis leuitatem et inconſtantiam, De Gallorú leuitas
obſequiis Principis erga Cæſarem loquens, dice
bat non eſſe quod Princeps ab eo expectaret, qui
amicis non didiciſſet benefacere, ſed omnia Cæſar oia in ſaccú ſúm
in ſúum ſaccúm attrahere, ſtúderet, Qúadam
vice qúúm diútius mecú deambúlaſſet, dixit

Rex anglię potat

se sitire, iußitq; adferri duo maxima pocúla, Vnũ vino alterũ cereúisia plenúm, atq; Vtrúm vellem electionem proponit, alterúm se mihi prebibitúrũ affirmans, quo noßem Anglos atq; ipsúm Regem more germanico potare scire, Principiq; referrem, si quod maxime optaret, aliquando in Angliam Vemire contingeret, no defutúros, qui ei à compotationibus eßent, quum aútem respondere nec moris eße mihi, nec per Principem licere, qui datis

Princeps vetuit ad equales haustŋ bibere

aúreis annúlis, quorúm Vnũm ei ostendebam, Vetúißet ad æquales haústus bibere, atqui inquit túus Princeps mihil iúris habet in meo Regno, in quo omnium sum Dominus et Jmperator, quumq; adhuc tergiúersantem cerneret, abhorrebam enim à magna pocúli capacitate, quærit qualis eßet trangressionis pœna, respondi annúlum eße reddendum, præterea aúreum florenũ paúperibus donandum, ego inquit et hunc aúreũ tibi dabo, et alium annúlum, et hæc dicens Vno haústu cereúisiam ebibit, ego meũ, elegeram enim Vinum, Vix quattuor magnis sucibus, Multa deinde magnis de rebus confabulatus, Voluit vt per Galliam redirem, Vti et in mandatis à Principe habebam, sciscitatũ a Rege cur no rediret Orator Dominus ab Yserna, Jpse aútem súis Oratoribus scribreret vt quid causæ foret explscarentur, Discedenti aútem mihi dedit ducentos coronatos, sexaginta annúlos aúreos contra spasmũ et sericúm pro diploide, pro Principe Vero pocúlum ex solido aúro valoris octingentorum ducatorũ, quo postmodum Princeps donauit Granúellanũ, út supra dixi, et post ea modum latius declarabo.

Aduenerat per hosce dies in Angliam iúuenis Polonus cum duobus famúlis ex hijs quos Pani appellat, salutatum Regem, is per Galliam ire Romam Volebat, Vtq; sibi me adiungere comitem rogabat, ego propterea remuebam, quia antea expertus eram eam gentẽ et Bohemicam eße fitacem, quod postq; Rex resciúißet, iußit mihi dici, ne iuuerem eam

ob cauſam pretermittrem, ſibi eſſe alia pocula, ſi quid tale contingeret, atq; ita diſceſſimus, ſatisq; clementi Cælo in tranſitu à Doüera ad Caletes Vſi ſumus, quo non libuit diu herere inter nautas et maligros caupones ſed mox conſcenſis equis ueſſus Boloniam properamus, adueſperaſcente aute die, tantus exoritur Ventus, vt putauerimus ma„ria ab imis ſedibus reuelli et contectura ſuis Vn„dis montes, nobisq; ab equis deſcendendum fue„rit, proſternendumq; ſæpius ad terram et mani„bus arripiendum, quum per Vices, vt fit, ingrue„rent Venti, quibus remittentibus et paxumper ceſ„antibus erecti curebamus, aliquantulum ſpacij, redeuntibus autem, reuoluebamur ad terram, Vix ſe ſuſtinentibus equis, Intempeſta vero nocte ita reptantes in ſuburbium oppidi oppidi preue„nimus, feſſi et attoniti ſupramodum, vt nemo noſt„rum fuerit, qui comedere potuerit, ſed famulis hoſpitis pro ſcipionibus Vſi, cubitum conceſſimus, ſequenti die ibiq; heſimus, donec remitteret tem„tempeſtas, et corpora noſtra reficerentur, Deinde per ambianos aliasq; gentes ad Parrhiſiorū Vrbem peruenimus, Vbi Regem Nauarre adeſſe reſciui, et continuo adij, deq; cauſis cur nō rediſſet Ora„tor ab Yſernay ſciſcitatus, reſpondit ab ſororio Rege Francorum eſſe petendum qui aduentare Lugdu„num diceretur, ex illo enim ipſe, et totum negotium penderet, Longum mihi proponebat iter, centum enim miliaribus à Parrhiſijs diſtat Lugdunum, ſed quid facerem, emetiendum fuit, quo poſtquam cum meo comite Dani Polono peruenī plurio ſem„per Cælo, Inueni Regem, qui me audire nolūit, cauſatus craſtina abitionem, ſed ad Comeſtablū remiſit, et ille multis excuſationibus vſus, cur nō remiſſus eſſet Yſernay, nempe Regis et Pontificis congreſſus, variaq; alia negotia, tandem Princi„pem aiebat potiſſimam cauſam qui de fœderibus et cvt vocant) intelligentijs, nullam hucuſq; feciſſet

et mentionem, parum erim foret adūtum Regi
et Regno Franciæ Principis adfinitate, nisi inter-
ueniret certa pacta et confederationes, et tande
datis in eam sententiam ad Principem literis, abijt
cum Rege à Lugduno, meq; dubium quid facerem
aut dicerem dimisit, rursum ardūum et longissi-
mum ad Germaniam iter conficiendum, per sa-
baudiam per Heluetiorū fines qua longissime patent
per alpes niuibus contectas, auulsq; hieme locis osten-
debant mercatores, nihilominus ingredior famulo
meo no admodum fido comite, sed nebulone fixa-
ce, et emensis infinitis regionibus quum constan-
tiam perueni ad Podamicum lacum, Visus eram
mihi ex cimmeriis tenebris Cælo redditus, nisi
Hubertus fere submersus apud Mersburg
nos penè absorbuisset lacus. Ingressus enim naue
Veterē cariosam, et multis in locis hiscentem.
Vix dimidium itineris ad Mersburgum confece-
ramus, quum cepit aquis replexi, dehiscente fexè vbiq;,
nec erat quo aquam exhauirixemus, nisi pileis et
manibus frigore concretis et rigentibus, Improspe-
ratus autem nauta curare nos hac naui recepis-
set, eramus autem plus quam quinquaginta perso-
næ, respondebat et iurabat, se ea non amplius
Vsurum imposterū, Incumberemus tantum re-
mis donec in portum peruenirexemus, quem Vt
egrè attigimus eiscientes aquam pro Virili, Vix
tumultuarie dum quilibet primus exire conten-
dit, egressi subsedit in aquis et submergebatur
nauis, quum Vero nemo foret qui naulum
persoluere vellet, sed nautam diris execrationi-
bus inceßerent, ille autem madidus et dependē-
tibus Vndiq; de vestibus stirijs, veniam deposcebat
multitudinemq; puerorum allegabat, misertus ho-
minem dimidium aureū dedi, Deinde per Vlmā
Donouerdam, et infinita ignobilia oppida pridie
Kalendas Januarij ad Nouum forū peruenī, Principio
pocūlū illud aureum, loco strenæ a Rege Angliæ obtuli,

et que contigißent ſigillatim recenſui, Ipſe Vero pro túnica pannum Damaſcenú dedit contra de„ dit, Conuocatq; ad noctem ſocietate annúli aúrei quid mihi cúm Anglię Rege cúenerit et út biben„ dúm fúerit recito, qui me cómmúnibús ſúffragijs abſolúerúnt et porcúlúm Regúm ex ordine ebibe„ rúnt, Ego Vero Vnicúiq; eorú aúreúm annúlúm contra ſpasmú dono dedi, atq; hilarescimus cúbi„ túm conceßimús.

Mane aútem facto ad conſiliarios Vocat, et quæ ab Anglia et Francia attúlißem exponit, poſtq; múltas diſpútationes hinc et inde habitas concluſit, Vt Can„ cellariús et ego, qui maxime omniúm dſſuadeba„ mús, amplius quicq; in Gallia tentare, eo redirem, expoſtúlatúm dúntaxat cúm Rege qui nihil eorúm quæ propria ſponte promiſerat, ſerúatúrús Videret, ac re mihi reſpirare liceret, addit Vt habito à Re„ ge reſponſo recúrrerem in Angliam, et quæ in Gal„ lia contigißent Regi ſignificarem, Diſceßimús itaq; ad decimú quartúm diem Januarij, Anno ſúpra ſeſquimilleſimú trigeſimo quarto ex Noúo foro magnisq; itineribus ad Barrú oppidúm co„ tendimus, Dúcemq; Lothoringię adlocúti dixit per ſe aút fratrem ſúúm Dominúm de Gúiſio nó ſtetiße quo minús matrimoniú cúm illiús filia et Príncipe ſúo proceßerit, ac literas commen„ datitias pro acceleranda noſtra expeditione ad fratrem Cardinalem tradidit, Poſtq; Vero ad Parrhiſios pervenimus ſtatim à Conneſtablo aúdi„ entiam habúimús, Deinde à Rege in ſúo concla„ ui clementer admiſſi ſúmús, fuit aútem noſtræ orationis ſúmma hæc, Recordaretur nimirúm ſua Ma.tas omniúm eorúm quæ ſúi Oratores Domi„ nús à Veli et Claúdius dodens apúd Principem egißent, quid obtúlißet et pollicitus eßet, Contra quid ipſe Princeps reſpondißet, et quam grato ani„ mo oblatam beneuolentiam acceptaßet, ſeq; parati„ ad obſequendúm Regie Voluntati ſemper oſtendißet,

Scunda profectio ad Regem Gallię

Annus 1534

eue matrimoniũm cũm filia Dũcis Guisij pro
greßũm nõ habũißet, Item quid ipse et Nauarre
Rex per Oratorem ſuũm Gũilhelmũm ab yſſer
nay mandaßet de Iſabella nauarra, Neq; futu
rũm unq; exiſtimaßet Vt Rex omniũm quaſi obli
tus ei literis, et per meore ex Lugdũno ſignificare
debuißet, per ſe ſtetiße quo minus negotia ſuũm
effectũm conſecuta eßent, quia de confederatio
nibus et intelligentiſs locutus nõ eßet, Quũm
neq; per Oratores ſuos, neq; per nos quicquam
apud ſuam Regiam dignitatem fuißemus, aut Do
minũm de yſſernay mullũm Verbũm de illis fe
cißet, Quod etſi maxime factũm fuißet, nequa
quam conſentire potuißet, Ipſe Imperio et Cæſa
reæ Mtis multis nominibus addictus Princeps,
niſi ſe et ſua omnia, immo honorẽ et exiſtimatio
nem perditam et ſibi Regi ac comẽ contigẽm quã
dultrus eßet proreſus mutilem reddere Voluißet,
Quapropter rogaremus humiliter ſuam regiam
dignitatem, Vt nobis aperire dignaretur an ſuam
priorem et declaratam erga Principem Voluntatẽ
continuaret et illi inſiſteret, Vt tum demum Prin
cipis mentem manifeſtare poßemus, Ad hæc Rex
blande ſubridens reſpondit, Principem adeo alte
in ſuo corde fixiße radices, Vt ne ſiquidem pare
tem Vt dicitur iugulaßet, illum tamen non
Vehementer amare non poßet, quandoquidem tan
tæ Virtutis eßet, Vt longe maiora mereretur,
Quapropter læto eßemus animo, Ipſe nos breui bono
dato reſponſo, expediret, quod equidem apud Ma
giſtrũm Curiæ qui nunc Comeſtablus dicitur
ſollicitare debereműs, Poſt Vnum et alterum ad
Cõmeſtablum reuerſi, ſurdis canebamus auribꝰ,
remittebat enim nos ad Epm Sueßonenſem qui
nihil de negotio ſciebat, et de fœderibus meũdis
diuinitat loquebatur, poſt tandem longas moras
Vocatos ad ſe Comeſtablus in hæc Verba adlocu
tus eſt, ac cepiſtis inquit ante armũm quæ cauſæ

Reſponſio Comeſtabli

negotijs Vestris impedimentum attulerint, nempe
mora quæ aliquando rebus vtilitatem, aliquando
perniciem adfert, à reditu autem Vestro Rex nih
il pretermisit apud Regem Nauarræ eiusq; sore
rem, quod ad conciliandam cum Principe adsini
tatem facere potuit, Verum omnia frustrea, Inter
uenisset enim in hoc negotio noua calamitas, cui
neq; Rex nuq; ipse comestablis mederi possent, qua
equidem, licet multissimus, vobis aperire cogor,
Vt etiam causam sciatis, cur sine responso Rex
Vos detinuerit tam longo tempore, Isabella Na
uarra nō belle egit, quæ nomine consulto, non
fratre nō sorore, inuenere quendam Britannum Dominus a Rohon
Dnm à Rohan in maritum accepisset, fidemq;
presentem dedisset se ei fore et esse iam velle con
iugem, qua res Regem adeo turbasset, ut eam nec
aspectum quidem dignaretur, vestrumq; Veretur
colloquium, re putetis eum esse qui fidem secua
re nolit, qua nihil antiquius habet, Preterea cum
sit amicitiæ cum Vestro Principe cupidissimus, si
hac de causa interrumpi deberet, nihil posset ei
grauius accidere, Quapropter Vos Rogat Vt ex
necum ingrediamini, et circumspicite, num ad
huc sit aliqua, que Principis Vestri thalamo digna
videatur, Vt est filia Ducis Vendosini, et alia quæ filia Ducis vendosini
Lugi Vocatur, quamcumq; elegeritis, spondet Rex Lugi puella
se eam Vobis traditurum iisdem modis et condi
tionibus quibus Vel Guisiam uel Nauarram da
re decreuerat, Quum Vero ad hæc respondissemus
nullum nos habere de alijs tractandi mandatu,
Ergo inquit crastina die mane Veniatis ad Vincetina Sylua vincetina
Syluam Parrhisijs proxima, ibi vult ipse Rex per
fricata fronte Vos adloqui, postq; eo peruenimus, Rex
absolutis sacris nos seorsum traxit et ad hunc mo
dum tristis valde vt videbatur locutus est, et in
quit, Intellexistis heri ex magistro curiæ seu oro regis gallis
Comestablo responsum, quod vt Vobis mæstissi
mo corde daret iussi. Nunc autem ad mei ipsius

excúsationem, non posßum ego Vobis reticere, nihil
mihi Vnquam quicq; grauius accidisse, quam quod
in hoc Vestro negotio promissis et fidei meæ satisfa-
cere nequeo, habet autem ad hunc modum, Isabella
Nauarrea est mihi sanguine proxima, nihilomi-
nus tamen honore et existimationem meam plu-
ris facio quam omnes amicos meos, et ob id ipsum
cogor minutissimus Vobis, attamen secreto confi-
teri, qui ea bona Isabella egerit, imitata suam soro-
rem, me, fratres, sororem mea, omnibusq; amicis
inscijs, promisit per Verba Vt dicitur de presenti
Domino ã Rohan matrimonium, quod quidem
quis diceret in mea potestate esse interrumpere,
et Vere certe, nisi plus honoris et bono meo con-
sanguineo Friderico Palatino Velim, quam ei talem
in consortem coi coniugem dare, Verum Vt in-
telligat me in affectione et bona Voluntate erga
ipsum constare, excogitet ipse quibus modis ego illi
benefacere et gratificari queam, et si adhuc ani-
mum ad ducendam Vxorem intendit, nõ dubito
quin in regno meo reperietur, quærat ipse, ego proprio
meo sumptu omnia conficiam et preterea quidqd
ad eum domumq; Palatinã ornandam amplian-
dam et euehendam facere cognouero aut excogi-
tare potero nihil pretermittam, et insuper quia
Duce Wolffgango de Duce Wolffgango eius fratre mihi Verba fecistis,
veniat ille quando cunq; Voluerit ad me, excipiam
illum libenti animo, et quo possit honeste pro sua con-
ditione et statu Viuere, de meo liberaliter elargiam
et impertiar, Vos autem plurimũ rogo Vt quanti
in Vobis est, enitemini amicitiam inter me et Pa-
latinos fouere et augmentare, nõ facietis rem
optimam ingrato, Egimus suæ Regiæ Ma.ti ingen-
tes gratias, et nos hæc oia Principi fideliter rela-
turos recepimus, donatiq; quilibet ducentis coro-
natis discessimus, Cancellarius recta in Germa-
Huberti Rtori in Anglia niam ad Principem, Ego Angliam versus, quo

postq̃am benignitate ami et clementi freto vsus
perũeniſſem, Rex me læto animo excepit, aũdiensq;
q̃uid nobis in Gallia contigiſſet, altũm ſuſpirans
multũm de Gallorũ conquerebatur inconſtantia
tandem adiũngens, Vtinã Princeps aliquam è
Regno meo dũcere vellet, nõ ſolũm ego vt filiam
eam elocarẽ, ſed q̃uid amplius facerem, q̃uũm aũt
q̃uererẽ an eſſent aliq̃ot Principũm filie in Anglia,
reſpondit Ducem Nortforiſ ſibene recordor habere
vnicã, ſubiũnxi at Sereniſſime Rex habet et tua
Matas vnã, Rubore perfuſus, abſit inq̃uit, melius
Volo meo conſanguineo Friderico Cõ Palatino q3
illi notam dare, tandem poſt multas et varias
confabulationes regaliter iterũ ab eo donatus, ad
Principẽ in Germaniam redij, qui ſe ſpebus ſuis
fruſtratus intelligens, minimis placato et ſeda
to animo, vt antea ſemper omnia interpretabat,
et nondũm velle ſibi fortunã eſſe fauentem dũn
taxat conquerebatur.

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISS: PRINCIPIS FRIDERICI, CO: PAL: RHENI DVCIS BAVAR: SAC: RO: IMPER: ARCHIDAPI, FERI ET PRINC: ELECT: LIBER DECIMVS

Etsi (quemadmodum paulo ante diximus) fortunæ, ne dicam Regū lūdibriūm, Princeps Fridericus pacato atq; tranquillo animo ferret, remq; totam Deo cōmitteret, et imposterū sibi viūere, suisq; subditis prefße atq; illorūm cuiusq; commoditatibus studere decreuißet, nihilominus tamē recūrrebat cotidie animi preteriti in animūm, quos frustra tā multos, in demerenda et concilianda sibi domūs austriacę beneuolentia, impendißet, et transmißßet, et quæ quidem et si fortiter, et tariq; furca vt dicitur repellere satageret, Ingratitūdinis attamen non poterat non accūsare, et apūd quosdam qui bus tutò commißūm pūtabat, subindè quērulari, et sibi longo tempore pro innūmeris beneficijs Verba data, et repensa dicere; quæ partim à beneuolis amicis, partim ab inūidis, ad aures Regis Romanorū Ferdinandi perferebantur, et ab illo ad Imperatorem in Hispaniam, cū admixtis admodūm petitionūm expostulationibus perscribebatur, non eße mirū videlicet, et veniā dignūm Principem Fridericū, si virgente iam in senīū ætate, sibi consulere ac de matrimonio alicubi prospicere meditaretur, qui tam diū neglectus consenesceret, et se toties frustratūm non immeritò conquereretur, de Leonore, de filiæ Don Fernandi, de Reginæ Mariæ, de Marchionißę Montisferrati, aliarūq; nuptijs, tempus adeße vel sūmq; vt liberis opera

daret, hoc Frater Elector, hoc totus Palatinatus
ab eo contendere et instanter efflagitare, ne si nō
faciat in periculum veniant alieni Domini iug-
um subeundi, qui maiorū suorū obsequia nō sit
agnoscituris, Sciret sua Imperialis Ma.tas quam
semper domui austriace addicta fuerit domus
Palatinorū, et contrà Bauariæ, infensissima, licet
ab eodem stipite promanaret, non quiescere du-
cem Guilhelmum, et multa excogitare aduersus
austriacos, quibus benè velle, posset nusquam, hoc
expertus esset, cum nuper quando de se in Bohe-
mię Regē eligendo tractaretur, tum maximè
quum Romanorum Cæsar veniret assumendus,
vbi si Ducis Friderici non interuenisset industria,
de assequendo omnis spes et conatus irritus fuisset
et, cuius esset etiamnum hodie ea in Imperio auct-
oritas, vt sinè eo sua propemodum nulla foret,
Quapropter retinendus in officio Fridericus, neq;
committendum vt alias affinitates, aliaq; ma-
trimonia conquireret, habere suam Ma.tem ex so-
rore Regina Daniæ duas neptes, quarum iuni-
or natu Mediolanensium Duci nupsisset, altera
paulò maior nulli melius, se iudice, reseruaretur
et collocaretur q; Duci Friderico, quo facto abu-
dè sibi satisfactum de suis obsequijs diceret, et pue-
lla per eum, et eius amicos in regna patris resti-
tueretur, et haberent terræ patrimoniales inferio-
ris Germaniæ vicinū, quo nec fideliorem, nec co-
stantiorē optare posserit, Multaq; alia in hanc
sententiam scribebat Rex Ferdinandus fratri Im-
peratori, quæ cum vera agnosceret, facilè in ea
pertrahebatur, deditq; illi potestatem de summa
totius rei cum Duce Friderico pertractandi, qui
ipse volens illius inire graciam, ad eum scripsit,
se habere nonnulla cū eo communicanda, quæ
nemini preterea mortalium reuelata velit,

Rex Ro. confitetur obsequia frideri

Quapropter rogaret, vt ad se pragam Venire nō cunctaretur, Qui aut multum, et diu differret Fridericus, reuereritus, nè quemadmodum sæpe alias, et nunc quoq; Verba audire contingeret, tandem Verò persuasus litteris cardinalis Tridentini, et Domini de Rogendorff, quos in aula Regia præcipuos habebat amicos, & Nouo foro se Pragam contulit, vbi honorifice à Rege et omnibus aulicis exceptus, post multas et varias, de Turca, de Imperio Romano, consultationes, tandem à Rege in secretiùs conclaue ducitur, Capitq; sua Ma^tas principio repetere, quo modo semper domui austriacæ fauisset, multa obsequia prestitisset, nihilq; nō feciſſet, quod ad illam augmentandā pertinere potuisset, Quod Vero nō vsq; adeò bene forsan hactenus relata gratia foret, maligniti fortunæ potiùs adscribendum sibi Videretur, q; ingratitudini, uel malè Voluntati, Non dubitaret quin si contigisset Auum Maximilianū diutiùs Viuere, cumulate referre nō ptermisisset, Frater Imperator Carolus sua tarditate et cunctatione Verisset in suspicionē, Quapropter nuper Viennæ malè contentus de sua Ma^te discessisset, Verum hoc cùm mouere non deberet, haberet benevolentissimum sibi Imperatorem Quod vt cognoscat ipse Rex qui ei fauentissimus foret, etsi Regiæ suæ Ma^tis facultates ferrent, nō Verbis, sed rebus cùm eo ageret, omnia feciſſet, vt Imperatoriæ Ma^tis animum ad Vnguem ~~ex~~ piscaret[2] ~~ex~~, quem syncerū et integrū tandem ita deprendisset, vt nihil preterea, in eo requirendum Veniret, et ne putet sibi dari Verba, rem tota aperiret, bonig; euangelij nuncius esse Vellet: Sciret vtiq; Princeps, Regem Daniæ Cristiernum dudum à patruo Friderico omnibus

Regnis et fortunis exutum, et in Vinc̃ula con-
iectum in hunc vsq; diem captum detineri,
neq; spem vllam eius liberationis supereße. Qua-
doquidem publico Regnorũ decreto carceribus
perpetuo adseruandus, adiudicatus eßet, vt is re-
liquißet & sorore duas filias, quarum minor na-
tu Duci Mediolanen nupsißet, maior autem
apud sororem Reginam Mariam nutriretur, pu-
ella circiter quindecim annorũ, cui Imperator
omnia paterna Jura reseruaret et ei, cui uideret,
dare decreuißet, Casus aut dedißet vt Christier-
ni patruus Fridericus, qui se in Regnorũ ad-
ministratione ingeßißet Regiosq; titulos vsur-
paßet, satis conceßißet, et breui de nouo Rege
eligendo Regni proceres conuenturi eßent, quod
illis ab institutione prima liberũ semper fuißet
hanc optimã ratus occasionẽ, qua Imperator sibi
Principi Friderico obsequia compensare, et cum
late gratiam referre posset, admonuißet ipse Rex
Ferdinandus illum vt sua Ma.tas ante omnia
et sine cunctatione Friderici eligi in Regem
Daniae procuraret, Deinde neptem suam Doro-
theam Christierni filiam in matrimonium col-
locaret. Quod ipsum no solum sua Ma.tas annuis-
set, Verũ etiam adiunxißet in Regno Daniae
non posse pati uel admittere aliũ quempia Regem, nisi ipsum Principem Fridericum. Nec
dubitaret, quin facile impetraretur, postq; intelli-
gerent Daniae proceres, eum Regem sibi fore,
qui multis nominibus toti orbi celebris foret,
bello et pace nobilis, cuius maiores adhuc ho-
minũ memoria Reges Daniae fuißent, et regna
vsq; adeo bene et prouide administraßent, vt
eorum recordatio apud Regnorum incolas

In Dania nullũ regẽ vult admittere Impa. miſt friderũ

ſanĉta adhũc haberetũr, adhæc accederet com-
ũnx nõ externo parente, ſed de ſũi q̃ondam
Regis ſangũine procreata, q̃e in deſolatis et in-
teſtinis bellis, afflictiſſimis Regnis pacem et trã-
q̃illitatem ceũ nouũm ſolem depũlſis nebũlis
adferret, et fũlta Imperatoreũ Regũm et ſũmo
rũ Principũ adfinitate, perpetuo confirmaret.
Hæc et pleraq; alia in hũnc finem tendentia,
poſtq; diſſerũiſſet Rex Ferdinandus, tacitũm et
q̃aſi attonitũm aſpiciebat Principem Frideri-
cũm, q̃are ſubdit, Audiuiſti Friderice q̃æ
tibi propono, et ad q̃am fortũnam ſummam
et q̃a maiorẽ nullam in terris ſperare poſſes,
te Deus et fata vocant, occaſionem fronte et
ſeſe ſponte offerentem apprehende, quam ſi ela-
bi ſinas, retrahi frũſtra poſtmodũm conabere,
vide etiam atq; etiam ne verũm facias pro-
uerbiũm, q̃od de vobis celebratur, Palatinis,
Fortũnam ſcilicet ad ianuas veſtras pulſantẽ
ſemper vos repellere, neq; recipere velle. Hæc
audiens Dux Fridericus, et hæc ipſa ſibi ſepicũ-
le obiecta recordatus, recepit animũm, et alto
trahens ſuſpiria corde Regemq; intutus, hanc
orationem, q̃a multũm ex tempore valet ef-
fudit.

Oro Friderici ab-
nuentis nuptias

Exemplis multis Sereniſſime Rex, atq; adeo
nuperrimis, merito commoueri deberem, ne
cuiq̃am prestare aurem, immo tanq; ſcopũ-
lum fugerem eũm, q̃i mihi vel ſplendidiorẽ
fortũnam, q̃am q̃e a maioribus, vtcũnq; tenuẽ, accepi, proponeret, vel nuptias q̃ales
q̃ales predicaret, ſatis luſit mecũm hacte-

nús bonis semper inimica fortúna, múltaq; tanquam púero ostendit, et cúm apprehendere conárer, confestim medium obtrúsit digitúm, et velúti Tantali poma effúgit, Vindicare in me forsitan volens, quod à maioribús meis, Vt modo dixisti, sepenúmero irrisa, spreta, et qúú se tota effúnderet, nó admissa et reiecta fúerit, Quapropter me illi amplius concredere, cúius pertinaces inimicitias didici, aút ab ea qúic quam sperare, nó sani esset hominis, non sanús faceret Horestes, et ictús toties merito Phrix saperet, Valeat ergo illa, et lúdat alios, portúm alqúem qúerá, in qúo reliqúú ætatis consúmam a procellis illius tútús, abdam enim me, et inter meos velúti eó cochlea súcco Viúam meo, iactúrq; facta pene omnium rerú vt potero fragmenta recolligam, mitaq; ratio, ne súperextantium reliqúiarúm pro modúlo illarúm mihi consúlam. Hæc non dico Serenissime Rex, vel diffidens de túa erga me bona volúntate, Vel nó credens Verbis túis, sed múltocies victús etiam adminantis Verba mox horreo, hoc est tocies obiectas spes amplas et magnificas, eúanidas et ~~magnificas~~ frústraneas deprehendisse me. Vt recordor, omnes reformido, et fúgere decreúi, Vereor aútem nè beneúolentia túa erga me errare faciat iúditium túúm, qúæ me qúidem ad maxima Vocat, nec dúbito qúin Imperator et túa Ma.tas qúæ promittúnt pstare qúeant, Sed proni nciam qúalem, neq; cúi cómittere tentunt, haúd scio an satis considerent, deliqúú ætatis meæ. Vides, et barbam temporaq; canescere

incipientia, non idem Virium robur quinquagesimũ annũ supergresso, et quo diutius Viuam eo minus erit, Regna Daniæ Norũegię et Sũetiæ noui, feris et indomitis habitata gentibus, quomodo senem et effetum Regẽ sunt latura, quæ virentis ætatis nõ tulerunt? Par prope Regnũ hoc est intolerabile, et incommodum erit iuuenis Vxor viro seni, nõ enim gubernaculo instar nauis regi potest, nec anchoris deti neri, quæ abruptis sæpe funibus alium portũ quærit, Etate matura Vxor duci debet, neq; multo minor natu triginta annis, neq; multo maior natu, In ea ætate liberi procreandi sunt, Nihil enim Voluptatis habet, et res est inimica mulieri iuueni, Vir senex, : Hæc et plura dicere volentem more suo Rex intercæpit, et Non est, inquit Friderice, hic tergiuersandi aut de fortuna conquerendi locus, Imperator et ego te Regem Daniæ, Norũegię et Sũetiæ, nostrumq; adfinẽ videre, et esse, et preterea neminẽ volumus, permitte nobis aduersus fortunæ malignitatem esse aliquid virium, et velit nolit antidotum, quo virulentiam illius retundamus, quæ profecto nullam numẽ habet, sed nos homines faciamus eam Deã, et Cælo, vt inquit quidam, locamus, adsit prudentia et nihil eam esse perspieres. Est Deus qui cuncta regit, gubernat, et disponit, In cuius manu sunt et Reges et Regna, hunc inuocemus, supplicesq; rogemus vt cepta secundet, et is mox procul dubio aderit, Non ignoras diuini Juris esse, matrimonia, et frustra sine Deo ab hominib:

Rex non vult audire friderũ recusantem nuptias

attentari, Nam et sapiens quidam dixit, quicũq; nuptias fato de sibi nõ destinatas ambiũnt, frustra laborant, et idem inquit, Ne gignas liberos Dijs inuitis, Quod ipsum nunq; certius deprehẽdi quam nuper in sorore Regina Maria, quã tibi coniunctam Frater Imperator, ego, et quot quot circa eam erant laborabamus, neq; ei dissuadebat, sed suadente Deo, noluit, quæ perpetuæ castitatis Votis se irretiuit, et nunc ad propositas nostræ neptis nuptias te Vocat, et omnibus modis adhortatur, Nec te moueat iuuenilis ætas ætas dictæ nostræ neptis, Duces iuuenculam, Vt bonis hoc est tuis moribus instituas, ab optima et sancta matre, optime institutam. Neq; est quod feras et inculcas Danię gentes reformides, quæ te propter ætatem potius venerabũntẽ et adorabũnt, quemadmodum iam defuncto Regi Friderico cõtigit, qui, licet eorũ Regem expulerit, et in carceres coniecerit, neq; vsq; adeo prudens fuerit, attamẽ propter senilem ætatem ab illis plurimum amatus est, Sed quid aio de ætate senili, qui nũc primum quingesimum agris annum, et potius virilem quã senilem appelles. Quapropter Friderice postposita omni disputatione, deliberemus de mittendis in Daniam ad conuentus legatis, nihil magis opere pciũm fecerimus. Ipse Imperator alios quot prestantes Viros ordinare decreuit, Ego meis non deero, tu tuos adiunges. Quum Dux Fridericus audiret iam sibi nõ persuaderi sed vrgeri vltro nõ contradixit Regi, sed paucis respondens, Quandoquidem inquit Rex ita vis, fiat in Dei Opt: Max: nomine, attamen cum consensu fratris mei Electoris hæc fieri oportere putarem, Immo inquit Rex et

Matrimonia a Deo esse

neceßariũm existimo, et Vt ſuos adiũngat in hac legatione Oratores, literis meis exhortabor his peractis rediit domũm Fridericus.

Non longo post tempore redduntur Electori Palatino Regię literæ, quibus et ex Friderici Fratris scriptis de toto negotio certior redditur: Ille vero etsi omnia frustra fieri diceret, attamen Vrgente, et ita Rogante Rege, Vt mandare proponodum videretur, paruit, et Doctorem Wolfium a Thurnis suum Oratorem declarauit, et me, Fratris Friderici nomine, Discessimus autem Heidelberga in magnis Julij caloribus, et per Francfurdianos inhospita, lesq; Hessos, Hildesheimenses, Brunsuicensium et Lunebergensium deserta, Hamburgum peruenimus quo dies comitiorum Danorum de Rege eligendo indictus erat, ad quem quum nemo appareret, neq; de Imperatoris aut Regis oratoribus quicq; audiremus, et tres quatuorue dies ibidem hesissemus, certiores fimus, omnia in Holsatia et Dania turbata, per Comitem Christophorũ de Oldenburg, qui collectis aliquot gregarijs militibus, igne et ferro captiuũ Regẽ Christiernũ liberatum et restitutum Volebat. Quum vero quid consilij caperemus nõ haberemus, et admodum tuti in Hamburgo non essemus, quia oppidum ditionis Holsatiæ diceretur, discedere decreuimus, Vt vero ad oppidulum Wimsheim vbi equos nostros reliqueramus nauigiolo reuenimus, distat autem ab Hamburgo quatuor miliaribus, reperimus ab Andrea Vngnad Oratore Regio tabellariũ, qui dicebat illum de hijs tumultibus certiore

Bellũ cõ. ab oldenburg contra Holsatũ

Wimsheim opp.

Andreas Vngnad

factũm, nõ aũdere progredi, sed herere in Lauwrenbũrgo oppidũlo ad albim flũuiũm Dũcis Magni Saxoniæ, eo vt veniremũs, illũm rogare, qũo vna de negotijs consũltaremũs, Discesimũs aũt magna celeritate, qũia Dux Lũneburgẽn, oppidi Winsheim Dominũs, rescire volebat cũiates eßemũs, et qũid rerũm moliremur, conductus à Dũce Holsatiæ, vt aliqũot eqũitũm centũrias sibi adduceret, postq; Lauwrenbũrgũm peruenimũs, nihil magis tũtũm offendimũs, qũod Dux Magnũs adfinis Dũci Holsatiæ foret, Itaq; consiliũm mox fuit, Lũnenburgũm concedere, qũod oppidum Imperiale nõ admodũm longe inde longè distaret, cõsumptis ibidem etiam aliqũot diebũs, et neminem à Cæsare apparente, frũstra nos tempũs terere rati, quisq; ad sua redire decreuimũs, Andreas Vngnad per albim flũmen, nos eo quo veneramũs itinere, Delitescebant aũtem Oratores Cæsaris in oppido Bremensis Episcopi, cũi nomẽ Bũxtehũden, et nos requirere faciebant, vt aũt neminem repererũnt, et ipsi qũoq; ad sua redierũt, Erant aũtem Episcopũs Brixmẽsis Comes Montisfortis, Gottschalcus, Ericus Danus, et Stephanus Hopffenstainer. Lawrenburg opp. Buxtehuden opp.

Elector Palatinus vt aũdiũit legationem nostrã irritã, se id fũtũrũ predixiße aiebat, et Princeps Fridericus illũd idem, nihilq; noui accidiße sibi, qũi hæc pũnidißet, congũerebatur; Rex vero irasci nobis omnibus, qũi vsq; adeò negligenter egißemũs, neq; vltra qũicq; tentassemũs, Interea Christianus Friderici Holsatia filius nõ qũiescens cũraũit et obtinũit se in Regẽ eligi, bellũmq; contra Comitẽ ab Olden-

burg cõtinuabat qui fere totam Daniam deden-
tibus sese subditis occuparat, adherentibus tamẽ
christiano nobilibus plerunq; seditiosis, Iterum
Princeps Fridericus se domi continere decre-
uerat, nihilq; amplius attentare, Sed Rex
Romanorũ qui eius opera et cosilijs cotidie
indigebat, rursum ad se vocare, neq; desperã-
dum si minus bene legatio cesserit, culpa le-
gatorum accidisse dicere, aliamq; rationem in
eundam, quam ei, si ad se veniret, declararet:
sed Princeps constans in proposito remanebat,
neq; domo amplius pedem efferre volebat, tan-
dem cum penè cotidianis literis vrgeretur Can-
cellarium suum eo misit, qui quid velit Rex,
audiret, et ad se referret. Summa fuit suam
Rex iterũ instat apud Fridericũ de mrio Mat^tem consulere adhortari et velle, ne incep-
tum Daniæ negotium Princeps Fridericus re-
linqueret, quo consequeretur Vt Rex potens
factus, imposterum nõ haberet quo sua obse-
quia male collocata diceret; Danos in electio-
ne noui Regis nõ fuisse vnanimes, potiori
ma^a parte restare, quæ nõ in eam conceserit,
Contracto matrimonio nõ dubiũ quin plu-
res accessuri sint qui electionẽ irritã volent,
et Principẽ Fridericũ adiuocaturi, et Regẽ
suæ Reginæ maritũ Regem salutaturi sint
Quod vero cancellarius Principe excusaret, et
Ducẽ Phillippũ illius ex fratre nepotẽ Prin-
cipem florentis ætatis, et ad talia negotia ma-
gis aptũ, proponeret; Respondebat Rex, Philip-
pum de se optime meritum sibi charissimum,
Verum Fridericum tot et tanta obsequia pr̃s-
titisse domui Austriacæ, Vt primus omnium
merito veniret remunerandus, Phillippus.

iuuenis aliam sortem expectaret, Instante autē
Cancellario, Vt de matrimonio dūntaxat age
retur, de Regnis nulla fieret mentio, Respon
debat Rex Imperatorē velle omnino, Vt Fri
dericus Rex Daniæ fieret, neq; preter illum
quenq; ibi regnare posse pati, quare nihil rest
aret, quam Vt ad Imperatorem mitteret qui
neptis suæ Matis Dorotheæ, matrimoniū am
biret, et de dote conueniret factumq; putaret, Vt
Rex breui Fridericus se in dignitate quantū
ad Regna Hungariæ et Bohemiæ precederet,
post multas hinc et inde disputationes quum
intelligeret, Cancellarius Regem à sententia
dimoueri no posse, rediit ad Principem, illiq;
omnia rettulit, qui habito cosilio ad fratrem
Heidelbergam ire, eiusq; cosilio Vti constituit,
Quo postq; perueniit, remq; omnem detexisset,
varia atq; graues dicte sunt sententiæ, aliis
nuptias Friderico disuadentibus, quod senex
iam esset, quod vix cotingeret illi videre
adultos liberos, si quos procrearet, haberet
insuper fratres, fratreisq; filios ad quos tra
mitteretur Palatinatus, si celebs remane
ret, Vt no esset timendum, ne sine domino
foret, si quid humanitus accideret, perderet
item principatus multitudo liberorum, qua
do in multa capita Veniret diuidendi,
quandoquidem apud Germanos quilibet na
torū Vult esse Princeps, aliis autem sua
dentibus, quod matrimoniu res diuina fo
ret, et Deum plerunq; adesse coniugatis, et
abhorrere fornicationes, quid obfuisset eos

Imperator vult Fridericum regem filio fieri

Matrimoniū dyssuadere

Hungariæ & Bohemiæ

Rex Daniæ preferitur regi

Multitudo liberorum perdit principatus

Matrimoniū suadetur

parenti Phillippo, cui fuisſent ſeptem filij et totidem ferme filiæ, nõne locupletior longe fuiſſet, q̃s ipſi forent ſine liberis, Vulgare eſſet prouerbium, ſi Deus liberos dat, et Vt alantur impertit, Credendum eundem eorũ parentem immo omnes eorũ maiores ab eis ~~eis~~ exigere et imprimis deſiderare cupientes genus ſuum ſucceſſione quam longiſſima propagare, et filios filiorum relinquere, Quod ſi Fredericus nuptias contraheret, liberisq; operam daret, eorũ deſideria cõficeret, ſecus autem eorũ Voluntatem irritã reddet, et propemodum ita haberet, Vt parentes Vecordiæ damnaret, tanq; non iuſtis rationibus moti, nuptias contraxiſſent, Immo et á ſe ipſo diſſentiret, qui Vita quidem probaret et corpori ſuo acquieſceret, tanq; decenter à parentibus ad Vitã promotus eſſet, à ſe Vero alios generari improbaret, liberos nõ ſolum nobis generaremus, ſed illis etiam quorum opera nos nati eſſemus, Deinde amicis et cognatis, quibus gratum eſſet procreatos à nobis liberos in tueri, tum propter beneuolentiam et familiaritatem, tum propter Vitam tutiorem ita et potentiorem, Patria etiam adhoc ipſum nos adhortaretur, Vt ſucceſſioni noſtræ proſpicientes, ac exhibentes Reipub: illos qui in locũ noſtrũ ſubſtituantur, Princepsq; illi Principes deberet, ciuis ciues, Nec preſens tantum tempus ſpectandum, ſed etiam futurum, et natale ſolum haud/quaquam ſolitarium, ſed ſpe poſteritatis noſtræ innixum

prouerbiũ

Pulchra de procreandis liberis adhortatio

relinqúere conúeniret, His et alijs qúamplá
rimis ſimilibús aúditis ab omnibús, in poſt
eriorem ſententiam itúm eſt, vt ſcilicet Fri
dericús Vxorem dúceret, atq; ipſe Palatinús
Elector ſe qúidem nõ improbare dixit, Verũ
cogitare debereet Fridericús, an facúltates ſúæ
ad alendúm Regiam púellam ſúppeterent,
ipſe ad diúiſionem terrarũ ante aliqúot an
nos factam de ſuo nihil addere poßet, adhæc
reſpondit Fridericús Deúm matrimonij' aú
thorẽ proúiſúrúm, Deinde cęptúm deliberaxi
de Oratoribús ad Cæſarẽ in Hiſpaniam mit
tendis, et poſt múltam diſpútationẽ viſúm eſt,
vt ego per eqúos diſpoſitos ſolús hanc legationẽ
ſúſcipereẽ, Inſtrúctús itaq; de omnibús Vno Dietrich Swartz
comitatús Dietricho Swartio iúniore, qui vt
ſe adſúmerem vehementer rogaúerat, ad No
nas Noúembris eiúſdem anni 1534 diſcedo, 1534
et primũ Reginam Mariam in inferiore Ger
mania apúd Bintziúm conúenio, illa vero ad
Cæſarem de omnibus quibus opus erat, pro
mea expeditione acceleranda perſcripſit, di
mißús aútem ab ea nono die a Bintzio, Ma
driciam perúeni, et ſtatim Granúellanúm
conúeni, qúi me lætißimo excipiens vúltũ,
omnia húmanitatis offitia exhibúit, Deinde Precepta D. Granuel-
tria precepta vt aßerúarem mihi propoſúit lani Huberto data
Primúm vt ſcirem mihi liberam eßę pot
eſtatem ſe, qúandocúnq; libereet, accedendi,
Secúndúm ne vterer impoſterũ apúd ſe cere
monijs, Ipſe Principis eßet ſerúitor, et meús

amicús, Tertiúm ne noctu fregúentarem plateas, addidit etiam, Cæsarē nō ideo Principis obsegúia distúlisse beneficijs compensare, qúod ea remúnerata nollet, sed qúia non libenter qúicqz inceptaret, quod nesciret ad optatúm finem posse perdúcere.

Segúenti die qúúm accersitús Venissem ad Imperatorem anticipaúit mea Verba súa Ma.tas et inqúit, Scio Húberte caúsas túi adúentús et qúid a me sis petitúrús, id ipsúm iam tibi annúo, Deinde interrogaúit de bona Valetúdine Principis, cúi respondi satis eúm valere ex sententia, Deinde qúid Rex Romanorúm cúm Princips egisset Vt potúi breúissime recensúi, eúmq; sperare, etiamsi electio ad Regna Daniæ nō procederet, matrimoniúm tamen cúm Regia púella Dorothea súúm sortirętur effectúm, ad hæc respondit, Qúod quantúm ad Regnúm Daniæ attineret ea nō posset pretermittere, maxime enim súæ Ma.tis referret Principem esse Regem Daniæ neqz foret sua intentio qúalem in suo discessu à Vienna Princeps interpretatús esset, súam Ma.tem videlicet nolle beneficiorū súorúm habere rationē, qúandoqúidem gratis omnino esse vellet, annúeretqz petitúm conúgium Qúod si habere plenúm mandatū ilico concludi mecúm de omnibús faceret, Súbdidit etiam immerito se à socerio súo Rege Francorúm impeti, confideret aútem in fideles

Cęsar annuit matrimonio

Cęsar conquerítur de rege Gallie

ſuos amicos qui ſe nō deſererent, Sciret aūt me in Gallia fuiſſe cupperet ā me ſcire quid ibi egiſſem et expediuiſſem, paucis reſpondi credere me ſuam Ma.tem eque omnia ſcire atq; ego, Reſpondit permittere ſe Gallis mul
ta polliceri, quicquid autem ſua Ma.tas promit
teret, ea ſeruaret, Non enim libenter pollice
retur quicquam, niſi ſciret ſe preſtare poſſe, Et cur inquit ita ā me Viennæ diſceſſit tu
us Princeps, Dic inquam per tuam fidem quā Voluerunt illi in Gallia in matrimoniū dare, nomie Iſabellam Nauarram, bellam illam Iſabellam, Do illi modo probam et pudi
cam optimiſq; moribus inſtructam, hæc om
nia ſcommata erant in Gallum, Deinde iuſſit, Vt accederē Granuellanū, quandoquidem ex
iſtimaſſet me aduenisse cū pleniori manda
to, Mandatum autem meum erat Princi
pem omnia ex Voluntate ſuæ Ma.tis velle fa
cere, in cuius poteſtatem ſe totum traderet, Vt ad illum Veni, amuit, inquit, Imperator ſuo Principi in legittimā coniugē ſuam neptem, Daniæ Principem, quæ et ipſa ſuum in hoc etiā adhibuit conſenſum, cui cum agerem Vtriq; de
bitas gracias, et ſubridens dicerē, et preter prop
ter, inquit ille, ſua Ma.tas Vult illi et ſuo fratri Dos deſcribit
et totiq; Palatinatui eſſe clementiſſimus Impe
rator, eos euehere, promouere et adiuuare, adde
que ego, Dne Granuellane, et preter propter, Imperator, ait, dabit illi patrimoniū Norue
giæ, et Vult, Vt iura et actiones ad Daniæ

Regnum ei obueniant, et adhoc per ſuas ditio-
nes inferiores auxilio eſſe ſpondet, Reſpondi,
Imperatorem dare autem in Cælo volante,
quam ne capias multa impedimento eſſe poſ-
ſunt, et fere impoßibile exiſtimatur, neceße fo-
ret vltra addere, Tum ille incepit recenſere,
quot et quantos ſumptus ſua Ma.tas cauſa Da-
niæ feciſſet, in elocanda eius ſorore Duci Me-
diolanen, ea etiam conditione, Vt quicunq;
Daniam conſequetur, is teneatur Duciſſe Me-
diolanen centum milia coronatorum dare, Inte-
tio Imperatoris aliquando fuiſſet eandem Prin-
cipi deſponſare, ſed tandem Vtilius pro eo vi-
ſum fuiſſet iſtud matrimonium, Nollet autem
ſua Ma.tas nunc de dote facere ſermone, ſed
bene de aliqua additione, ac donare eidem ſuæ
nepti quinquaginta milia florenorum in au-
ro, intra tres annos perſoluenda, et aßignata
per Fuccaros aut Welſeros, Principem modo
debere eße contentum, conſideraret, quantos
ſumptus ſuæ Ma.ti ad apparatus bellicos in
Aphricam faciendos, Preterea poßet excogita-
ri modus quo Dux Mediolani Principi bona
aliquam annuam penſione daret, qui quog;
bonus affinis ei futurus eßet, Venirentq; cir-
cumſtantiæ et bona, quæ ex hoc matrimonio
euenire poßunt, magis attendenda, quam ipſa
pecunia, Inſuper deducetur ad domum Prin-
cipis vſq; Imperatoris impenſis et ornata que
admodum Mediolani Duciſſa viginti milibus

florenorū, Econtra petit Imperator, vt Prin-
ceps quamprimū fieri possit quiempiam remit-
tat cū summa aūthoritate ad tractandū
de reciproca dote, donatione propter nūptias, et
reliquis, quæ in hūiusmodi negotijs fieri solent
concludendis, Postq; his annūißem annūißē
iußūs sum me ad iter adcingere, manßita
men Madriciæ aliquot dies dum ad Prin-
cipem conscriberentūr literæ

Quodam aūtem die quum me oblectarē confa- Cesar aues oīs generis
bulationibus ante Cæsaris cubiculūm Vocaūit posse libere ab ōibus in
me de Janūa Dominūs à Prato cubiculariūs, Germania capi putat
et introire iußit, et audiente Cæsare, interro-
gat me, Num Verū quod Rūstici in Germa-
nia prohiberentūr captare perdices, et hūiūsmo-
di aues quæ inter feras nominantūr, Respon-
di Verißimū quidem, et nedum rūstici, sed eti-
am nobiles, nisi ex singulari Principis indūl-
gentia, consequūti essent ius aucūpandi, immo
non solūm perdices, sed etiam tūrdos, et mini-
mas auiculas Vtpote alaūdas, paßeres, colend-
os et id genūs auiculariūm aucūpari prohiben-
tūr, Interrogat ille de causa, quantūm ad rūs-
ticos facilis est inquam, ne hūiūsmodi otio dedi-
ti agricūltūrā negligant, de nobilibus ignoro,
Atqui inqt non manent in Vno loco, nunc in
hac sunt ditione intra momentūm temporis
sunt in alia, Ad hæc incepit Imperator videre,
et capite vt dimitterer annūere, post modūm res-
ciui suam Matem nolūisse credere aucūpium
in Germania interdictūm, depositionesq; facta

facta, Veritatem scire Volúisse. Interim pro negotij ob qúod ego Veneram celeri expeditione decreúit Cæsar propriúm Oratorem mecúm ad Principem mittere, is Búrgúndús erat nobilis à Marnolt, qúi múltos annos súæ Ma.tis apúd Helúetios Orator fúerat, cúm de eo de discessús nostri die conúeni, qúo adúentante iúbebar ad Cæsarem redire, dimissionemq; à súa Ma.te accipere, Erat eodem tempore in aúla Cæsaris, Orator qúidam Dúcis Baúariæ Gúilhelmi qúi se Palatinúm Comitem apúd exteros nominari per súos Oratores semper Volebat, súppresso Dúcis nomine, Princeps aútem núlla alia appellabatúr nomenclatúra, qúa Palatini Comitis, et cúm essent dies brúmales ante festúm natalis CHRISTI súbobscúri, stabamús ambo ante Cæsaris cúbicúlúm, Vnde ex cúbicúlarijs Vnús egreditúr, et introeat, inqúit, homo Comitis Palatini, Ille non insegnis coniecit se in cúbicúlúm obscúrúm admodúm, in qúo Cæsar ad ignem sedebat, et credens me esse, audiúisti inqúit me omnia pro Principe túo, et qúemadmodúm petijsti annúere, credat ille núnqúam bonæ meæ Volúntati defúisse, quo minús illúm de súis obsequijs remúnerarim, sed oportúnitas non adfúit, qúæ núnc cúmúlate sese offert, Qúapropter fúbe illúm meo nomine bono esse animo, et hanc occasionē arripere, ego volo illi esse bonús"

Marnoltus orator ad Príncipē

Error Cesaris

Imperator, quemadmodum ex Granuellano ac
cepisti, et latius ab eo intelliges, Ille quam po
tuit maximas agit gratias et Volenti exire
aperitur Janua, quæ admisso lumine, prodidit
me nō esse, et Imperator se errasse aduertens,
mox ad Granuellanum in scheda suum scrip
sit errorem, nihil tamen se dixisse, quo meū
foret detectum negotium, quod equidem mag
no factum nollet, Sciret enim Comites Pa
latinos et Duces Bauariæ inter se non secus
conuenire, quam solent canes atq; Catti, hanc
schedulam ostendit mihi Granuellanus, cachin
nabundus de errore Cæsaris, et facilè modum
excogitauit quo eluderet hominem, Ille autem
me conuenit dicens se clementissimum à
Cæsare obtinuisse responsum, quod ad Principes
suos referret, pararetq; se in crastinum abitum,
quod si quid in Germaniam scribere Vellem,
deferret libenter secum, deliberaturum me respō
di, à prandio expeditus rebus omnibus conue
nio hominem, cui illudens, dixi Velle me se
cum discedere, at ille subtristis, dimissus sum
inquit à Cæsare benignissime, Sed ille Granuel
lanus, rursum nescio quid interuenisse dicit, et
omnes rationes meas confundit, quod Dij illum
perdant, ridens reliqui hominem, atq; Vale
dixi, mansit vero in aula adhuc Vltra tres
menses, erat autem illi nomen Vulpecula,
qui male sibi à Granuellani astucijs cauere
nouit, licet in aula Cæsaris Maximiliani Secre
tarius educatus fuerat.

C. Palatini & Duces Bauariq; raro conueniunt

Caspar fuchsle

Ad Vndecimũ kalendarũ Januarij cũm antea nominato Marnolto è Madricia per equos dispositos discessimus, relicto ibidem Dietricho Swartio quia non sufficturos equos sciebamus, qui raro plus quattuor apud postas reperiũtur, habebat autem Marnoltus famulum, Dietterichum Vero commendauit Welseris, qui suis equis in Germaniam redire parabant, Postquam peruenimus ad montem quem Pertusum appellant, nõ procul à Perpigniaco, vbi Pompei trophea esse dicũtur, ad montis descensum, Venit nobis adhuc sperascente iam die obuiam monachus Veneti coloris habitu, quẽ intutus Marnoltus, et Bugo pallidior, oportet inquit hunc iugulemus monachum, est enim pessimi ominis monstrum, alioqui instabunt nobis extrema pericula, et ilico districto gladio volebat monachum trucidare, sed ille se peti cernens refugit in accliuiora loca montis quo ascendere cum equo debili non poterat Marnoltus, quem ego pallio apprehenso inclamo et dico, quid tibi cum Monacho, Vis nos illius causa perdere, at nos inquit illius causa peribimus, Interim altius euasit monachus, vt spes non fuerit adsequendi, Descendimus itaq; montem stomachabundo illo, Requirenti autem causam dicebat mirq; sibi occurrisse monachum, quin statim postea in aliquot incidisset discrimen, Et quia confinia Galliæ appropinquabamus plena vt supra dixi latronibus, metuebat pe-

bMonachus obuius m: fausti omen

riculum ab illis quod portendere monachum
aiebat, Ridebam hominis incredulitatem, qua
verbis et exemplis corrigens, tandem perueni
mus ad pedem montis, quo erat in pago posta,
sereno admodum Cælo, et Sole sese inter nebu
las nigras condente, petentibus autem nobis
ilico equos dari vt perpigniacum properare
mus, quo intra sesquihoram peruenturos nos
sperabamus, deierebat Veredariorum magister
non posse fieri ea nocte, tantum enim iuxta
Perpigniacum decidisset niuis vt impossibile
foret vel egredi uel ingredi oppidum, Ille aute
incredibilia et absurdissima narrare nobis vi
debatur, quum nulla niuis vestigia cerneremus
et non longum iter ad Perpigniacu sciebamq;
Quapropter asperrimis verbis reprehendebamq;
hominem, et velle nos retinere quo sumptu
apud se faceremus suspicabamur, accusaturosq;
nos eum apud Cæsarem nisi daret equos mi
nitabamur, tandem ille faciam inquit, et si
vos non penituerit antequam hora pretereat
sint etiam vestri equi, inscendimus, et vix mi nix incredibilis
liari confecto tam altam offendimus niuem,
vt miraculum esse diceremus in Regione pre
sertim calida, et in qua nunq; vel raro solet
ningere, tantum niuis esse posse, pergimus nihilo
minus plorante postilione, is appellatur famuly Postilio
qui precedere per equos dispositos equitantibus
solet, et dicente, se itinerum vestigia nulla cer
nere aut deprehendere nec' posse etiam si maxi

me Velimús, iter per qúod Veneramús relege
re, qúid faceremús ſero hoſpitem verúm dixiße
et nos penitere conqûerebamúr, jamq; de dormi
endo in niue cogitabamús, ſed qúúm vſq; adeo
denſa continúo decideret, Vt Vereremúr ne ea
nocte nos obrúeret, ſúaſi Vt pedes perriompere ten
taremús, poſtilio Vero eqûas paſt ſe traheret et con
iectura Perpigniaci iter monſtraret, caſú Lúna
lúcebat, qúam ſæpe niúis nebula nobis auferebat,
et oculos perſtringebat atq; ita perreximús tardante
nos altißima niúe et concidentibus ad Vnúm
qúemq; paſſum nobis, tandem ad campanę ſo
nitúm quæ duodecimam noctis horam púlſabat,
intelleximús in propinqûo eße oppidúm quo vſq;
adeo feßi perúenimus, Vt ampliús conſiſtere nequi
Vierimús, ſed in cúbiculum nos coniecerimús, in
cúſante nos Vehementer hoſpite quod itineri
tam periculoſo et difficili nos commiſerimús
Maxnoltus aútem omnem cúlpam in me con
tinuo reiſciebat, qui obfuißem, quo minús mo
nachúm obtrúncaßet caúſam et omen tanti
mali.

Perpigniaci die inſequenti manſimús diſuadente
hoſpite, nobis iter, et exemplo edocti prioris diffi
dentiæ, adúentante aútem nocte more impati
entes diſceßimús, et Vix trito aliquantúlum iti
nere Salicetúm perúenimús, Deinde pedes co
gelata niúe et ferente nos, ad domúm ſolitaria
perreximús, Vbi fere triginta homines reperi
mús qui nec procedere nec retroire aúdebant,
cúmq; ab hoſpite aliqúid edúlij et Vini peterem

respondit se vix habere quo vxorem et liberos
sustentaret, si contingeret niuem diutius ma-
nere, quare impetrato nescio quantum viri
et panis, iterum quattuor miliaria gallica Nar-
bonam vsq; confecimus pedites, ; Hæc ego re-
censui vt sciretur quæ nonnunq; incommo-
da peregrinantibus solent euenire, etiam vbi
minime fore putantur. Iugduni me Mar-
noltus deseruit, et versus Mediolanum deinde
Viennam ad Regem iter arripuit. Ego ve-
ro per Heluetios et Constantienses solus ad Neo-
marcum ad Principem, quo pridie kalendas
Januarij circa horam decimam noctis perue-
ni, arcemq; adhuc apertam offendi, et nemine
me agnoscente in cubiculum vsq; Principis per-
uasi, qui in lecto decumbens cum sv pro more
cum suis Camerarijs de reditu meo confabu-
labatur, euangeliumq; ei qui meum reditum
primus annunciaret promittebat, quare sub-
stiti, et torsori faciem detectam monstraui, qui
confestim exclamat, adest, des euangelium, Ip-
se vero me complexum salutem aduenisse sibi
gratissimum dicit, gutturq; dicerem me fessu
et velle ire cenatum deinde dormitum cras
auditurum quæ reportarem, saltem dic inquit
tria verba, cui ego vxorem, clementem Im-
peratorem, et mediocrem dotem adfero, Ille au-
tem eleuatis manibus Deo gracias agens, va-
de inquit bonis auibus, et penum meam tibi
patere scito, cui arrideris, ad parasitos hæc in-
quam, deinde precata fœlici nocte abij. Sumo

mane vixdum bene expergefactum iussit me
accersiri, et auditis quae referebam à Cæsare, laetq
expectandum Marnolti aduentum constituit, qui
postquam aduenit et omnia rata et accepta à Re
ge et Duce Mediolanen. adferret, restabat Vt ea
quae sua ex parte perficienda Venirent, adimple
rentur, que sine Fratre Electore perfacere no
poterat, quare cum Marnolto Heidelbergam
ire consultum fuit, quo rebus compositis, superesset
Vt dos maior ab Imperatore petenda videretur,
de qua nullum habebat Marnoltus mandatum.
Quare cum de me in Hispaniam re mittendo dis
ceptaretur, subdit Princeps, Ego aliorum casu
sa multos sum perpessus labores, Vt mea propria
aliquos suscipiam, ratio expostulat, ad Cæsarem
iter arripiam, no ignotum mihi, et plus forsan
obtinebo quam alius quispiam, quo approbato con
silio, paucissimis comitatus discessimus, et ad
Vicesimum primum diem Februarij Bruxellas
1535 peruenimus, Anno 1535, quo triduum apud
Reginam Mariam commorati, quattuor duntaxat
ipsum comitantibus per equos dispositos ad Parri
sios biduo conuolauimus. Vbi certiores facti, Re
gem illinc abesse duodecim miliaribus, ad ipsum
Mantes defleximus, eoq; salutato et accepto homi
ne, qui nos ad fines Regni perduceret, tandem
Arnauium in Biscainorum montibus Venimq,
et apud Veredariorum magistrum pernoctaui
uimus, ab illoq; didicimus, Imperatorem Versus
Cæsaraugustam mouisse, quapropter mutanda
fuit instituti itineris ratio, et per inuios montes


petenda Pampilona, Nauarri Regni caput,
Inde Taifalla Capporosa, Tudela et tandem
ad decimum octauum Martij Cæsaraugusta
Vbi honorifice ab Imperatore excepti, Vsq; ad
Vicesimam secundam eiusdem mensis man-
simus.

Cæsaraugustæ descriptio.

Quoniam ferè nulla re magis prosunt et
oblectant historiarum scriptores, atq; locorum
descriptione, et vt dixi quattuor dies Cæsarau-
gustæ manserimus, hospitio accepti a nobili
Viro et docto, qui multorum hominum mores
viderat, et vrbes, presertim Germanicas et sep-
tentrionales, quæ à Principe interrogatus de
Cæsaraugusta, et eius conditoribus eleganter et
diserte referebat, non grauabor adscribere, Tar- Tarracon prouincia
raconensis inquit Prouincia, cui Tarraco
Ciuitas clarissima nomen dedit, Regiones duas
amplissimas continet Celtiberiam scilicet quæ Celtiberia
nunc à duobus amnibus per eam fluentibus qui
nominantur Arrogones, Aragonia dicitur, et Arragonia
Laletaniam, quam Vulgo Catuloniam a Gothis Laletania
alanis, quasi Gothoalaniam dicunt, Cæsaraugusta Cathalonia
metropolis est, et Aragoniæ, Regni caput, cuius
conditor fuisse dicitur Juba Rex, et ab eo Sal-
diba appellata, hoc est Jubæ domus, Maurorum
lingua. Postea vero tempore Cæsaris Augusti
quia sua Virtute et munificentia, Vt Suetonius
ait, Regum et Ciuitatum gratiam promerùit
repudiato priori nomine Cæsaris Augusti no- Cæsar augusta
men assumpsit, Sita est autem in Ripa Iberi

fluminis insignis lapideo ponte, Vrbis Vero
situs soleæ calcei formam habet, rerum om
nium copia fertilis, inter totius Hispaniæ Vr
bes notissima, septem milia domorum conti
nens, e quibus supra mille sunt in quibus ar
gentea suppellectile vtuntur, quattuor milia ta
petibus ornatæ, ad quingentas adeo amplas vt
Imperatorem hospitio suscipere possent, Incolę
huius ciuitatis multis immunitatibus gaudent,
non enim questiones aut torturam admittit,
sed testibus in maleficijs eos conuincere oportet,
immunis preterea ab omnibus oneribus ciui
libus, Est in ea Vrbe domus hospitalis inter
alias totius Christianitatis merito anteponenda,
et altera prope Vrbem in campo amœnissi
mo Vere insignis, In ea Vrbe aliquando in
tra duos tresue annos non pluit, sata Ibero
tubis ceu fossis et sulcis ducto irrigantur Vn
de abundat frumento Vino et oleo, Vidimq
magnum opus quo Imperator ex Tudela Cæsar
augustam vsq; didoctis fossis et deriuata in
montes agua ex Ibero parabat totam eam Va
llem irriguam et fertilem reddere, Vnde ad
quadraginta milia ducatorum perceptorum
singulis annis putabant, habet enim hoc mo
modi Hispania, quod nisi pluat, vt antea
dixi, in Aprili Vel Maio, sata exarescant, et
magna sequitur annone ~~charitas~~ caritas quia
irrigationibus vbi possunt subleuant.

Cæsaraugustæ Imperator cum Principe quia


Handschr.
392
fol.







HVIVS NOMINIS II.
COMITIS PALATINI
RHENI DVCIS BA
VARIÆ SACRI RO
MANI IMPERII
ARCHIDAPIFERI
ET PRINCIPIS
ELECTORIS

PER

NOBILISSIMVM AC
CLARISSIMVM VIRVM
HVBERTVM THOMASSI
NVM A LVTTIGG EIDEM
A CONSILIIS

AD LECTOREM

Lector, si mirabere, illustri sin
gularique